ad uocem eam propinquiora sint, quę nihil commune habent
cum Viruni uocabulo, cum locutio Bellunũ cũ Viruno
usitatissima litterarum et [illegible] et affinitate congruat,

Quare necessarium est, huius demutationis causas nobis hodie declarare ...

Primum autem omnium nemini dubium esse crediderim, quod ad primam nominis huius litteram attinet, eandem esse notam apud nos, quae apud Graecos secundum in litterarum ordine locum tenet, alio tamen sono in Graecis, quam a nostris hodie pronuntiari. Siquidem eam Graeci id sonantium primam cum enuntiant, nos V consonantem scribere solemus, qui vero apud nos BE syllabae sonus, quod eos per VE exauditur. Hinc apud nos Belus, et Belides, quod illi uelus, et uelides ui[...]dentur enuntiare. Hinc SVTERIA satis [...] in antiquissimis aliquot codicibus apud Virgilium, et huiusmodi plurima. Sciendum enim non Graecorum tantum, sed universae pene Italiae morem aliquando fuisse, ut nostrum illud digamma ab Marsyrio Adamantio nuncupatum B littera notaretur, utrum vero veteres eo, quo nos pronuntiamus sono enuntiaverint, an una eademque fuerit eorum apud Graecos, quam apud Latinos vox, incompertum est mihi, qui videam non nullas hodie eloquentiae nationes in Italia plurimas V digamma per B graecanicam litteram et scribere et enuntiare, contra vero legerim apud etymologiarum auctores

Grecos Beta litteram ab ouiū balatu originē soni desumpsisse
oues uero non .VE. sed BE sonare uniuicuiq est exploratis
simū. Quod urcūq sit, in eo capiendum [illegible] constat. ante
acte etatis inscriptiones conspici tota Italia plurimas, in
quibus B. litera consonantiū prima digammi, siue, ut
Iuniores dicere maluerunt .V. consonantis loco posita lega
tur, neq uos pigeat eorum aliquot exēpla, que nos ex
cerpsimus [illegible] uetustis marmoribus auscultare.
Illud primū omniū [illegible] mentem uenit, quod pro VIXIT
BIXIT Rome in plerisq locis [illegible] obseruaui,
neq adeo multa nobis recensebo, quū quidē innume
ra sunt, [illegible] paucissimis contentus testimoniis, quorū
in Aede [illegible] Sabine [illegible] habetur. IVSTA QVAE BIXIT ANNVS
L.. MENSIS V. DIES XX. ubi etiam annus non annos gre
co declinatum positum, quod quidem grecanicū scribendi, lo
quendiq usū etate ea in Italiam irrepsisse nulli dubiū discon
diderim, cum post [illegible] Gottos, [illegible], qui in Greciam
trāsmigrarant, postliminio dein rediere, itemq assidua gre
ci sermonis consuetudine contaminati, grecam in plerisq o
rationibus pronunciationem inuiecerunt, tametsi aliquot
etiam etatibus ante Gottorū aduentū casus nostros greca declina
tione positos, et V. consonantem in B. transisse comperio
Inscriptionis autem, quam supra posuimus, alteram similem in
Aede [illegible] Ceciliae, [illegible] Tyberim FILIAE DVLCISSIMAE

Qui per multos annos tota Italia profugi Constantinopoli, et in uniuersa Grecia cōmorati

MELANTIO QVAE BIXIT ANNOS IIII M XIII DIES IIII IN PACE verecundus nomen ... omnes fere
vunt, ut diuersa sit a B littera prima in eo nomi
ne non forma Romæ tamen legi antiquo in mar
mor notatum D. M. CLODIVS BERECVNDVS
Quid illud, quod BALERIA pro Valeria scriptum antiquo
monumento apud Andream Carilium Romæ uidi: D. M.
CASSIO BASSO BALERIA VERA POSVIT.
eodem modo. Ex longo tempore IVBENTVTIS pro
Iuuentutis apud Albertinos Ro. legas. Ut OBI-
DIANVS pro Ouidianus habetur Ameriæ in
hunc modum.

D M
CASSIAE MON
TANILAE SO
RORI L. CAS
SIVS OBIDIANVS FRAT

Vnum illud propter argutam sententiæ leporem præ-
terire non possum quod ANXVRE in agro habetur

CAELIVS ASPRENAS CONSVL DI
CAES. NEPOT.
QVO NEMO MORTEM ALACRIVS
ADMISIT QVOD A SERVORVM
SVORVM SERVITVTE TANDEM
LIBER EVADERET
HOC AVTEM TESTAM. CAVIT
POSTERIS INSCRIBI
BIX. ANN. LVII. M. IX. D. XI

Non resteram q FLAVIVS in Exquilino legimus pariete cuiusdam vineę, et eodem modo plurima, urbemque hodie nobilissimam Italię videmus Neapolim, quę familiari sermone plerisque locutionibus B. ponit loco V. digammi, ut Serbare pro servare, et similia, quod in quibusdam Actij Sinceri viri cl.mi datis ad me litteris testari possum. Sed ut recentiora in Latinis tangam, in nomenclatura Pręsulum qui Synodo, quam Otto christianissimus Romę celebravit, affuerunt, Io. Berulensis nominatur, quia Verulis nunc verulanus. Atqui etiam vice versa V. pro B. scripsi, ut in Auentino Ro. T. de D. Marię VO NITATIS pro Bonitatis. In Exquilino rursus T. de D. Martini. INCOMZARAVILI, et ad D. Stephani in monte cęlio VENEMERENTI utrobique V. pro B. Sed accipite obsecro nobilem inscriptionem ex celeberr. urbe Italię Urbino

C. VESBIO SPER.
VINDICI POPULI
VRVINI

Sexcenta huiusmodi ubique lecta recensere possem, sed ut ad priora illa redeam VIRBIVS Hippolyti in vitam rursus restituti nomen BIRBIVS olim scribebatur per B. Terentianus initio, eamque scriptionis rationem Martyrius Adamantius reprobare contendit

eo opere, cui de B digammo titulum fecit, quippe
quod nomen inde sit deductum, quod vir bis fue
rit; et quę plurima ponit exempla.
Mitto quod FABIUS, et BALBUS adhuc in usu per
B permaneant, quę tamen nomina idem Adamã
tius per V FAVIUS, et BALVUS veteres scri
ptitasse non inficiatur. Quin ut FAVOR, et
FAVERE per V scribimus, et enunciamus, ita ille
FAVEAM scribendum precipit, item et FAVA, non
FABA dicendum ex Analogia, vel si FABA per B
recipiatur, quę inde deducuntur FABOR, FABO
RIS, et FABEO, FABES per B scribendum
esset; quanq; non sum nescius quantum ad Fabij
nomen pertinet Fabios, olim FAVIOS appella
tos, quod Princeps eius gentis ostendisse dicatur
quemadmodum ursi, et lupi foveis caperentur, ut
Auctor est Sex. Pomp. Festus. Sed non cur gramma
ticos, cur externa monumenta tot, et inscriptio
nes morosius conquirimus, si domi exempla
suppetunt manifesta. Veterum propinquissimam
nobis urbem quod F consonantium quietam nos
hodie pronunciamus, et veteres ita scripsisse ad
pertissimum. In historijs tamen, quę cc.mo
ab hinc anno contigerunt, Scalano praeter-

rum bello ueterum scriptum, quod Sabellicus diligenter ob
seruauit in historie eius explicatione, sed n. hec a, meo
ideo dicuntur, ut res nouas in ea litteraria mouere uelim,
sed ut ex his tandem omnique uobis mirum sit, si que
prima fuit dn. Latine nostre littera in B tot gradus muta
tionibus abierit, nam de E que successerit in locum i.
multas nobis inscriptiones afferre possem, in quibus cadunt
sibi uicissim huiusmodi littere, sed illa nimium uetus, In
missa faciam, quod pro liber. diana, Magister scri
ptum sit olim. LEBER. DEANA, MAGESTER, & E
At NEGLEGENTIA pro. E. quae in monumentis habet.
MAMERCANIA per E passim in Hadriani numis. TIBI
SVM a sedet oes dicimus, quod antiquiores usque ad Scipio
nis Africani tempora TERTISVM per. I. mediam in uiam enun
tiarunt, quam pronuntiationem ipse cum abeuntem, Scipio a
Lucillio in scena mordaciter impetitus e, quasi id, ut
facetiorem, et selectior plus quam reliqui uidentur, faceret. Contra
QVASE & E. 7. Liuij manu scriptum quinto legimus et sicu
tat. IOVE, DIE. VICTORE pro Ioui, Diei, uictori
antiqua esse idem auctor affirmat. ... quae nomine
sunt hodie Mercurius, et commercium apud ueteres MIR
CVRIVS, et COMMIRCIVM fuisse tradit, quod nunc omnes
eleganter. q. e. obseruat, capere ELIGANTER, pro quod
ab eligo esse opinamur, ita scribendum clamat, At mihi

lego per E antiqui fere omnes codices habent:
Quorsum autē hęc tam multa, non ut ipsemet agnosco fri-
vola, eo tamen pertinent ne quid in vir. ta vero alteri-
ulla iam subrepat admiratio, nam eodem mo-
do ex virginia VERGINIA factum, et nenem-
dum illud ex auspicio satę Virgę, ut Servius tradit VIRGI
LII nomen, sive a virginali ut nonnulli asse-
runt facie nuncupatum, alicubi non inficior per
E prima syllaba de vulgi sermone scriptū reperi
quemadmodū etiā virgo vulgo VERGA, et pro
virgine VERGINE dictitatur, quę quidē scribē-
di ratio in Virgilij nomine bis, aut ter in impe-
ritioribus seculi marmoribus animadversa nonnul-
los optime quidem litteratos, sed rerū novandarū
forte nimium cupidos ita in sententiā traxit, ut
non aliter QVE nomen enuntiandum scribendumque
dumq longa oratione disputarint; Miror, cū
horū studia perpendo cur non etiam L. litterā gemi
nam BERGILLIVS ut ibidem habetur scribere debere
monuerint, eo n. modo identidem in eodem ipso
marmore, quod Surrij fere ipsi citant, ut ipsemet
oculis meis inspexi, scriptum cernere potuerunt.
Sed ut recte Flaccus, Decipit exemplar vitijs imi
tabile, verum super hac satis in castigationi

bus nostris iam vulgatis dictum, quod nunc instat, quantum
pertinet ad primam syllabam BELLVNI habunde iam vobis
factum arbitror. verum super R. littera nostra omnis reli-
qua difficultas. Sed nunquid apud Ovidium legistis leni-
tudinis gratia R. in L. aliquot in nominibus mutari
solitam, unde cum ille rationem afferre vellet cur Le-
mures dicerentur, qui Remures prius a Remi nomine
dicti fuerant. manes quippe eius, qui post parricidium illud
perpetratum Romulum infestabant, Aspera inquit muta-
ta est in Lenem littera, sic quod nomen prius Vitunum
facile mox Graecorum more Betunum uti iam superius
exempla recensuimus enuntiari coeptum, postmodum autem
leniori enuntiatione BELunum dictum, atque ita nunc
Romae in actis apud Pontifices scribitur, et ubique
coeptum habetur, cum id non tamen [illegible] ad-
dam, quod asperiore sono Byzantini Auram pro Aula
dicere solebant, g. littera loco λ enuntiata, Hinc Con-
stantini Porphyrogeniti tempore magna, et ampla
domus quaedam, quae scilicet Constantinopoli tunc Lega-
torum accipiendorum hospitio patuit MEGAVRA idest
ΜΕΓΑΛΗ ΑΥΛΗ quasi magna aula dicebatur. Sed nos
ad nostra. obtinuit ad haec usus ut duplici LL. BELLU-
ni nomen scriberetur, veluti TERRA R. geminato, quod
nomen, ut a tero procedit vel quod ἔρα graece dici

nit; in unico R in antiquissimis veterum Pontificum
libris, ut Victorinus orthographiae meminit, habe-
bantur, eiusmodiq scriptionis rationem analogiae
respondere ait Varro, quamvis usus obtinuerit, ut
nunc passim Terra RR gemino scribatur, a quo
quidem nomine R. in LL geminum mutatur TELLUS
eodem modo factum, quo BELLUNUM, e BERUNO
Sed quod ad geminum LL. in Belluno pertinet,
nos quoque antehac, quid sequeremur incerti, cum
clam nondum cognita veritate, eius vocabuli scri-
pturam ad eruditorum, quos tunc observabamus,
opinionem variavimus, sed n. utramque scribi sola-
tuerit in medio posuerim, quod varia omni-
no semper fuit nec scribendi ratio, siquidem
consonantium geminatio penitus est ab antiquis
repudiata, ut Victorinus, et pleriq alij veteres
Tradidere. Nam ANUS pro XII. mensium tempo-
re, et LUCULUS proprium nomen, atque etiam
MEMIUS unum contenti singulari supra notul-
se nulla consonantium geminatione scriptita-
runt; contra vero ut idem Victorinus ait,
voces, quae nunc pressiore sono huius litterae S.
dicuntur ut AUSUS, CAUSA, FUSUS, ODIOSUS
et alia per duo SS. scribebant AUSSUS, CAUS-

SA, TVSSVS. ODIOSSVS. quod et veterum plerique tituli passim ostendunt, quare nullam mihi faciunt ambiguitatem consonantes in hoc nomine, sive geminentur, sive simplices notentur. Reliquarum autem litterarum usitatissimas mutationes ita nobis ostensas existimo, ut neminem iam putem ambigere inter Vrbinum, Berunum, et Bellunum ullum esse discrimen. Cum igitur quantum ad urbis huius originem pertinet consona auctorum dicta recensuerimus, Conditorisque Flaviorum historiam explicuerimus, palamque fecerimus, quod in Graecis est litterarum memoria proditum, marmore in hoc nostro incisum esse, neminem iam obstinato esse ingenio crediderim, qui non aliud fateatur, omni reiecta controversia, nostrae huic urbi, si non conditorem, at longe longeque antiquior sit Beluni posita memoria alio forte nomine tunc nuncupati, certe Amplificatorem [illegible] C. Flavium [illegible] Ro. equitem, Flavium triumphalem Flavium harum fauciarum custodiae praefectum, qui [illegible] capitaneum, qui pro moenibus est, Flavolo cognomentum dederit; verum et Anaxi fluvii nostri nomen in Flavium dederit commutaverit, quivis prima eius nominis litera, ut in grandis veterum mos fuit, densitudines, cum amnis [illegible] laviore lingua mox Plavius dici coeptus, quae vocabula in diem usque nostram sese integra permanent. Nam PLAVIM scribimus in actis publicis, et vulgo Piave. Le conso

Ita dictus la piave

EIVSDEM PIERII VALERIANI DE PLAVIO FLVMINE BELLVNEN.

SERMO TERTIVS

Hodie viri Bellunenses de Plavio vestro flumine dissertari sumus, quem hodie nonnulli Plabeam, plures Plavim dicunt, cosmographi veteres historicique Anaxum appellavere. De quo tam ingenti, et mirabili Italiae regione media quippe Venetia decurrente fluvio, quod nullam apud veteres liquidam extare mentionem eruditi omnes aetate nostra plurimum admirantur, neque nisi profundissimum eius alveum isto Bellunensi Feltrinoque territorio, ripasque amplissimas altas super alias assurgentes nunc a dextera nunc a laeva contemplemur, potest quispiam amnem esse novum opinari, prout plerisque locis aliquando terrae motu, nunc incendiis intra terrae viscera spiritus eruptione, nunc alio casu aliquo accidisse memoriae proditum. Verum enimvero, ut in superioribus sermonibus disseruimus, manifestissimum est per aliquot annorum millia eundem hunc amnem per eodem quo nunc labitur alveo cursum continuasse. Quam mihi videtur operae pretium quid tandem hoc fluvii sit, ubi oriatur, qua transeat, quibus ambagibus et huc, et illuc e-

uoluatur, quę, et quam ingentia sint ex eo emolumenta, necnon
commoda, ubi demum commiscentur mari non incuriose perquire
re. Sic n. fiet, ut et quę hactenus super eo ~~[illegible]~~ perplexa fue
rant, nitida fiant, ambiguitateque omni submota tandem
ueritas illucescat.

Nascitur dubio procul Anaxus, uter n. uero utrusque eius
nomine, in alpibus Carnicis supra montana, quę uulgo
locutione greca, adhuc incolumi ubi superiori sermone di
ctum Καδόγη nuncupantur. Amnis quidem, ut ueri
simile est, ab euganeis, gręca gente, ab Hercule, in hac,
ut sepe dictum est, ~~in hac~~ Italię parte rude donata, eo
nomine ideo dictus, quod ob precipitis cursus uehemen
tiam nullum nauigij genus retro in eo agi posset. Id
n. significatum greco inest uocabulo. Mons autem, e
cuius radicibus erumpit, Scese nomen habet, quod la
tine precipitia dicere possumus; imminet autem fonti
cuspide surrecta ad instar ardui cuiusdam promon
torij, defluitque primum in uallem admodum arctam, que
pinis, abietibus, alnis, et huiusmodi materia admi
rande magnitudinis, proceritatisque densissima per stadia
IIII, et uiginti producitur, donec in locum deueniat, cui
Sappada nomen est, extra Cathorinorum ditionem. Mox
inde per locum alpinum, et inaccessum inter montium angustia pro
uolutus in Piauium, ibi partem incidit, cui Cardibaio nomen.

Foroiulij 6

alius hic à nostro, qui Bellunensem agrum à Feltrino dividit. huic itaque admixtus versus catharinum fines pergressus XL. stadijs procul a Seppada ubi Duganem amnem in comitatum accipit. Comelegumque ingressus catharinus fit, intra Comelegum stadijs IIII. et XX. ad vicum Campolongum fertur, ubi amnis alius Pirison nomine influit in Anaxum, intra hunc ad stadia XVI. aqua Padula est, quae in conspectu Aedis S. Stephani Anaxo commiscetur, nomen illi à vico Padua, iuxta quem labitur profecta à monte Crucio Germaniae proximo, est hic ad Meridiem mons longissimus nomine Mauria, a tergo cuius inter Meridiem, et occasum Anaxus iter vertit suum cum ex altero ipsius Mauriae latere ortum versus utrunque Tiliamentum maius, et minus emittat fluvios, qui ubi et ipsi abrupta alpium evaserunt, in plana mox Iapidiae effunduntur; Sed haec enarranda dimittimus ijs, qui Foroiulij res sibi scribendas susceperunt. Hinc ad stadia ferme LXXX Euganea est, ubi amnis Anseius Anaxo paulo minor admiscetur. et primusque Euganea antiquissimum inter illas alpes locum attingat plenior iam defluit, Euganea autem suum adhuc nomen ferme integrum servat, quae nostrati

cet Euganei ab Antenore sedem mutare coacti magno nu-
mero se recepisse credimus. Hic autem fortis, quos
vocant Cidolú, obiectus utraque munitione ac utriusq;
fluminis latere, tam natura, quam arte excavata mirabi
liter intumescit, quippe ad temporariam ligneæ ma
teriæ emissionem, quæ succisa à furuensis hinc in
de montibus per altissima præcipitia in eius alveum
quotidie deiicitur, Stadijs mox circiter XL. totus tra
bibus, Truncis, Lignisq; cuiusq; generis, et quatita-
tis constratus, applenusq; ad Stephaniam Ædé tendit
unde digressus quattuor circiter Bi. LXta. Stadiorum spatio
Boite amne augetur, qui ortus ex Melaxina mon
te qui ut græcum indicat nomen Noricarú alpiú
fere medium tenet, ac per radices Auronzij pius
bifodinis admodum celebrati emissus ad Pianiú viti
tur pervenit, Locus, ubi ambo iunguntur amnes
Tripontium appellatur, quod trium pontium capita ab
una tantum ripa contigua ad alias in diversú divar
ricata porriguntur, itineribus uno in Carnos, altero
in Tauriscos superiores, tertio in Noricos Mediterraneos dire
ctis, Amne eo Anaxus itineris sui comite accepto no-
stra secundum lapidem Lotium vicum invisit, eo-
quarto mox Cidolum pontem via Norica, Carnica
vero Laurentiacum, qua iter est ad Mauriá, À

cidoio mox pagus nuomillium, et inde ad tertium lapidem castellum in alta rupe, locus omniu' ea nostra celeberrimus, ubi Presidentium conuentus ciuilis cu' primis uicus, et popularis totius eius gentis administratio, Plebisq' nuncupatur, quorum hominum ingenium, atq' solertiam loco suo sermone superiori celebrauimus. Infra Vicum hunc ad XV. circiter stadia Pinnrolanus pagus admodum frequens offertur, Hic amnis alter, Boiles ipse etiam appellatur, qui ex Ampitijs amissus, Castellumq', quod ab eo amne Borestanu' uocat, preterfluens, ubi per ardua monitu' ... Binarolo iam proximus accessit, ab alto effusus ... dine parvo ... interuallo precipitatur in planum, collectus uero Boiles in Brutti canalis alueum bene magnum, aqua ... firmissimo ... conti- nuoq' aggere suspensa, in proximu' deducitur Amnem, Ab uno huius aggeris latere habitationes sunt loca ... et hospitu' diuer- soria ... continua ... sunt ... Serrui frequentis ... igneis lignis ... incredibili numero ... Tabenu' ... nullam ... non ... uocat, cum ... piantarum ... propaginem ... per singulas

gemmas incisa agricultoribus antiquis taleæ passim ap
pellantur. Fabrum uero collegia taleas nominarunt
frusta ex procerrimis arborib. precisis, abiegnis la
rignis, quernis, et similib. in truncos septenû, o.to
nam, et plurimû denû pedum longitudinem conci
sa, et tabularum, asserumq. usibus destinata. Nam
etiam hodie Italiani lignum scindi est, et preci-
dendo in effigiem aliquâ informari, intagliari di-
citur.
Hic uero incipit Annæus esse ratiû patiens. Hic pri
mum Dendrophori, quos nos exercitores ratiû, ut
sermone primo ex ultimo docuimus, incipiunt ra
tes in certum ordinem colligant, uiminibus n. ob-
tortis ad instar rethium ita lignorû capita singula, *
capita personata ita coniungunt inuicem, ut nulla
firmior sit ligatura, quippe quæ in udo non mar
cescat, ut restes neq. aduerso impulsu frangatur, ut
ferrea interdum catena. Mos autem plurimû serua
tur ut unaquæq. ratis saleam, quinis ordinibus,
qui octonas singuli. saleas accipiunt, porrigatur
quorum primus et ultimus remis sustinendis, et exer
citoribus liberi concedantur, medius uectorib. in
seruiat siue sub dio, siue sub temporaria pergula
uehi uoluerint, secundus, et quartus iumentis, et

sarcinis adcōmodatur. Non iam homines tantū, sed et
equi, et cuiusq̨ generis mercimoniæ cōmodissi-
me, uelocissimeq̨ conuectandæ suscipiuntur.
À Pinarolo stadio mox altero circiter et trigesi-
mo Amnes etiamnū duo è contrario uenientes
apparent hostiji eorum modico spatio distantes
quorum qui prior Anaxum influit à Carnox
latere est, et valmontiña nuncupatur qui uero
uia Horica succedit Malgo nomen habet,
Post acceptum istiusmodi fluentū ubi duo plu-
rimū stadia descensum est, vicus est Hostim-
lis nomine cum riuo modicæ aquæ sed molē-
dino apte, infra quem ad octo circiter sta-
dia amnis Iouanella miscetur Anaxo, hæc
à Horreis et à Carnis uicis ad stadia XVI. In
gen amnis adest, Hic Terminus Vicus uia
Horica, supra quem ad quatuor circiter stadia
Munitio Senadema uiā occupat, Ad unū inde
milliarū post ipsum Terminū Lapidicinæ inci-
piunt usque Longaranū usq̨ porriguntur ubi antiq̨
uissimeq̨ fauces Castelli sunt iam diruti olim mu-
nitissimi, parentem scilicet ex ijs quæ Maro ce-
lebrat in summis Maricorum tumulis, Atq̨
hic incipiunt Laballes Pagani, qui nomen

ad hunc usq; diem seruantur marmoribus antiquorū incisū
Lauacij uero uulgo appellantur. Inter hos octo circiter
stadiorū itinere Longaronus vicus memorijs Romanor
celebris, quæ superiori loco sua repoluimus, è regione
huius vaiuntes amnis est, à cymoliffia emissus valle
Carnorum, qui Longaroni ædificia in Anaxi ripa
excitata, serras quippe, molendinaq; repentino, per
niciosoq; auctu Anaxū superingrediens sepelauci
nat, et clades singulis ferè annis iterat infelicissi
mas. Quarto inde stadio Maesius fluuius in altissi
mā ualle subsidens ponte superatur, qui uia Norica
progredientes a leua ad Anaxum mittit, atq; Bellunū
à dextra includens ferrofodinas unde mox iter Trusino
nem uersus, Maesio relicto paulopost desedramus aq
quidem modicam sed insida, molestissimamq; glarea transitū
Ex huius regione Gallina amnis labitur à Carnis rec paulo
infra uia Norica vicus Forteniaus in colle supra
nostri fluuij ripam assurgens post quem stadio circiter
XV.^mo Torrens Fontanus ab Aquilonari tenuq monte per
profundam admodū glaream late deuoluitur in Anaxū, bona
uero pars aquæ per canalem ad publicam lobrigonem
vicum celebrem ita nuncupatū ducitur vniuerso ioci il
lius populo usui iucundo. Superne uero pontem fossa illa
est perquā lacus Calomitius, sive Vauuami, siue ? inj

dicere maluerimus, uada periculosissima: praeterimque ospi-marum angillarum caput nobilis, in Anaxum defluit, Pons, de quo modo, sublicius altis hinc inde ripis innixus, qui transmittit in viam Iuliam, quae Serravallum ducit, Anaxus hic inter utriusque ripae saxeae angustias coarctatus neque plus quam passus XV. occupare in latitudinem potest, sibi vero cavet, ne suguletur altissima in saxum solidum excavata profunditate. Per hoc transvehuntur in Germanias illae mercium moles, quae Venetiis in nobili [Germanorum] Emporio quotidie constipantur, haeque sarcinae tam ingentes in huius pontis vico libra vectigali publica expenduntur in campo bene spatioso; iuxta pontem hunc vicus alter est Pallia Patrici nomine, per quem Bellunum itur; ibi de Patriciis Longareni antiquissima legitur inscriptio super Horologio Luvarhis pazanis dato [in honorem Claudii Neronis], de quo inter monumenta reliqua diffusius. Infra pontem Anaxus amplo nimirum alveo, eodemque glareosissimo dilatatur, multisque hic, et illic diverticulis evagatur, et regressibus conciliatur; donec stadiis circiter XV. huc et illuc provolutus sub ipsam urbem nostram promontorio ad instar peninsulae appositam, quem

Antam grӕca uoce appellant, in angustum coguntur, uelocis-
simo illo impetu aliquantulũ sedato, non n. plus q̃
passus circiter XXX maximeq̃ diluuio occasum post
ab Anӕ promontorij, uel peninsulӕ potius tergo Ardus
fluuius, qui de proximi Serrӕ Montis faucibꝫ emis-
sus, per uallem, quӕ fluuio nomen dedit arctis-
simã clausam Bellunӕ urbi succedit, ac postq̃ omnem
sui partem Spatharijs officinis, fullonijs, molen-
dinis, Tinitorijs alueis, ferrisq̃ materiarijs op-
pido condonauit, alterã per spatiosam glareã diffu
sus in ipsius urbis conspectu Anaxo commiscet,
Pars autem aquarũ altera, quam operis, quas enu-
merauimus concessit per imũ urbis cliuũ firmis
simo canali ducta ӕdificijs illis altero sub alte-
rũ continuantibus a septentrione, ab ortu, et à Me-
ridie occasum uersus circumuecta urbem ipsam
reddit quasi peninsulam, Hortis, uineisq̃ circum
circa passim à mœnibꝫ per altum admodũ cliuũ
ad ipsum usq̃ canalem felicissime consitis.
Hac uero aliter urbis situm, quem pro re satis pri
ma sermone descripsimus importune repetamus, a
meridionalj urbis porta continuus statim uicus gra
datim descendit, et ad fluminis ripam inde porrigi
tur, tot ӕdibꝫ frequens, ut in oppido satis magno sit

dare nomen Idoneus, sublicio ponte longissimo
passuum quippe quinque supra quinquaginta in
alteram transmittit ripam, qua et ipsa Vico est
altero constipata partem hanc, et hinc, et inde in-
colunt Ratium exercitores, atque hic unicus est por
tus toto flumine, statioque ~~tignarié~~ tum tignario
et materiae frequentia quotidie occupata, ut lon-
gissimus ripae totius tractus assidue contiguis
fere ratibus praetexatur alijs abeuntibus, et alijs
e vestigio succedentibus, vectigal autem amnis
huius, et piscatus Iurisdictione maiori ex parte Bel
lunensi est addicta Praesuli.
Hic Anaxus, ut elegantia sentiunt ingenia, pa-
superius indicavimus tempore Sertorij, qui pro-
vinciam ad arcendas Barbarorum incursiones
a Viruno Veronam usque sortitus erat, quae gre-
cum amisit nomen, ab Euganeis ut palam
est, indidimus, et in sempiternam ut superius di-
ctum Flavij Hostilij Sertoriani memoriam Fla-
vius appellari coepit, qui postmodum asperio-
ris litterae sono in leniorem mutato Plavius,
mox barbara enuntiatione Plavis dictus, id nominis ad fontem usque suum porrexit
Ab hoc autem suburbano ponte ripa ulterior iam
ambitu ducta ad stadia tria decurrit, cuius

marge sumus, ubi uesper minimus pedibus circiter quadecim
ab aqua, quæ nulla diluuio tempestate sit assurgit. Vr
bica uero ripa huic opposita longe altior, cuius ipse
submoentanus est, qui ad octo fere stadiorū circu
itum Theatri insimo, nihil ultra semicirculū incur
uatur. fluminisq. occursum, qui et ipse inde defluē
xu ad imū cliui marginem plurimū contorquet,
excipit, ut ab occasu in prospectu ante ipsa moe
nia delabatur, quibus plurima incumbit ædifi
cia, Pars ultima ulterioris ripæ campus est nū
dinarius, Hinc autem ultra urbis, et suburbij ci
uium subsidet ad altitudinem nundinarij campus
alter, qui Lambiolus nuncupatur, Interuallum
inter huiusmodi campos pro Theatri ipsius harena
Glarea est strata, et amplius stadiorū quoquo
uersum, in qua ludi huiusmodi sæpe fiunt,
quod primarius fluuij alueus ad omnem moris
effusionem sedem mutat, assiduisq. ambagibus
uti quadrigæ circum metas modo huc, modo
illuc transfertur, plurimisq. diuortijs modo hic,
modo illic ad alueum redeuntibus diuaricatur,
Rarissimū autem ē loco hoc totum amnem in
unum colligi, quod ego, cuius ædes omnium
maxime Theatro huic imminent, nunq. adhuc

multorum annorum curriculo factum animadver-
ti, Causa vero huiusmodi discessionis glarea
ipsa est, tum plurima, tum infida, passim vero subsi-
det aqua ad mendicitatem altitudinem, sic minimo
quoque impulsu, quae superne decidit, atque in quo-
tidie ad impetuosi fluminis momentum quodlibet
volutatur. Perdurat autem haec ambiguitas alvei
ad XIIII circiter milliaria, quibus vallis nostra
latius panditur, donec praecelsa Victoriani mon-
tis veluti promontorium quoddam exporrecta in
tristam Gardoni montis, qui ad ripam alteram
sub Cesiana consurgit incursare propemodum
videatur. In hoc XIIII milliariorum tractu ab
Aquilonari ripa amnes, rivique perennis aquae
in Anaxum influunt, a primo lapide Crivasianus, inde Missolinus, et pauloposte Crysta-
lis, ac demum Corduminus ultimo ab urbe la-
pide Corduminus amnis quem recentiores Cordiba-
lum appellant Anaxo similis, magno tamen
intervallo similis, nam quamvis et ipse sit ratium
patiens, et grandiores etiam Trabes, praecipue
Larignas sustinerat, numero tamen longe
inferiores eodem cogitur. Huius quoque flumi-
nis vectigal a Bellunensi Antistite recipitur.

Hoc autem patitur incommodum, quod propter saxorum
moles, quibus passim fluminis oppletus est, et
subaquaneas cautes, crepidinesq. tota ripa conti
nuas expectandus sit amnis pluuiarum benefi-
cio, si materia commode sit deducenda. quamuis
duum uix ab Anaxo milliariorum interuallo in
fluente in eum Mysio, qui et ipse iisdem lignar
is aut aliis materijs, neq. non ferris, et edi-
ficijs alijs instructus sociam operam prebet,
Insignis est eo etiam nomine Corduuius, quod ad
XXX in septentrionem miliaria ex altissimis
alpibus emissus ad XII. usq. ab Anaxo mili-
arium, ubi Lacus nobilis Agorter nomine
quem nonnulli antiquum Aquntiu putant, æ-
ris, ferri, calybis, auri etiam nunc, et argen-
ti metallofodinas opulentas admodum summi
nistrat, Maiores nostri, nomen illi a Cordua inditum
predicabant, vicus is olim fuit prope Veda
nam Cartusianorum celeberrimum Heremitorium
quem vicum incubens Corduuij alueo mons solo
subter excauato, subita ruina dilapsus corruens
oppresserit, oppletoq. ulteriorum alueo, qui Cor
duuium suo in Petri Sustiriani specula in My
sium deducebat, lacu illo uisto cuius piscatu

alantur proximi Heremitæ, coactus postea sit sub saxo
si montis radice iter aliorsum vertere, et angu-
stis, volubilibusque anfractibus, vix ad Briba-
num pagum Vysium operarú sociú sociú ad
~~[illegible]~~ secutus, quo in comitatum accepto una-
nimes ad Anaxi Austorimé se conferunt, Mós
autem ille dist[illegible] Martinianus nomine cel
sissimá, et formidabili crepidine surrectus omni-
bus adhuc terrori est, Tum ingentes saxorú dis-
iectorum moles, quæ ultra stadia xvi quoquo-
versum dissiliere, et totos circa agros opperire-
re, inutilesque et vepribus vix idoneos reddide-
re fragoris illius manifestissima sunt indicia
Fluvius proterito quorundam comenta, qui illu
vium hunc Cordubium appellare voluere, propte-
reaque ob rapidissimú cursú, et [illegible] undas
in asperrimas cautes incursantiú trepidus dubiú
transeundi iter hominú reddere videamus, ut
nó ullá unquam ætate noxæ desinat, Caprilem alij
Satyrum [illegible], à quo nomen loco in Al-
pibus celebri supra vicú Agorum, cú scilicet
Plabea Anaxi filiæ amore captus eam nympham
obsequio nullo sibi conciliare potuisset ad eum
conversum cursu eam insectatur, quæ cú pudi

citiam suã conservatam in Caniacã specula in ipsumq; as-
surgentem praejugisset, importunissime Satyri urgente cur-
su ne in manus eius incideret celsissima de scopuli
illius crepidine praecipitem se dedisse, caputq; priusq
subiectas Patris aquas attingeret cautibus allisisse,
extinctamq; exemplo in porrectas patris manus ce-
cidisse, Iouem amarissima Patris querimonia, la-
crymisq; commotum, ut quaecunq; Patrem consola-
tione deliniret, Anaxi nomen in Plabeã commutas-
se, honorisq; huiusmodi decretũ in aeternum tam re-
tulisse, Caprilem vero addunt tanti sibi sceleris
conscium, cum vitam odio habere coepisset, pectus
sibi dissecuisse, corq; manibus suis avulsũ in
Plabeam immersisse, neq; ita tamen emori potuis-
se, qui semideus esset, In montium igitur suo-
rum asperimum regressum moerore, et lacrymis
confectum intabuisse tamen ea parte, quae mortali-
tati erat obnoxia adeo ut in fluvium deliquerit,
Iovem misericordia motus nomen fluvio Cordibalũ
ὅτι τὴν καρδ~~ίαν~~ ἀπέβαλλε a poena quam de se
sumpserat imposuisse, et ut amatae undae tandem
Plabeae admisceretur indulsisse.
Non sum vero nescius fabulas in rem seriam in-
ductas apud severiores homines esse reprehensio

ni obnoxias, sed hec nisi traslenus, et pro tabu
lis suo pretio uendiremus imbecilliora interdum
ingenia in errorem solent adducere,
Ut uero nostrum iter Feltriam uersus inperagamus
xii circiter stadio in Cordanij naiestu Cissalat
latiuus est fluuij non indignus nomine, in
de ad xx. stadium Cauranus amnis sublicio
ponti superaitur, aqua hec aeuissima, angustaq
latens ualleculà subterfluit, locisq pleris q ca
taractis occluditur, donec intumescat mul
ti lignee materie deducende utilis. Ab hoc
ponte à dextra iter est Feltriam, a leua Vi
storinus mons sibi totus insurgit, qui omni
ab ortu Cauriano, medicoq campo, ab occasu
Soma, qui Feltrinum suburbium lambit, à meri
die uero [illegible] qui costas montis extremas assiduo
lancinat incursu, a septentrione uia cingitur mi
litari, Hec usque Feltriam ex uia Norica.
Transeuntem uero nostrum ibi Bellunum digressi
pontem in imo suburbio transierimus ad xm. pro
gressi stadium uia ripensi Sauriciam amnem
inuenimus, qui quidem perpetui amnis nome
numquam amittent, nisi per aliquot stadia ca
nicularibus diebus [illegible] Calliopem Dicto, nat

castalionē secessum meum dum Iudex ę[illegible] intolerabilius ex-
uare uim sub alrion glaream plerisq. locis absconderetur
Oritur is in una valle, ultra Mamantis ędem in Cal
liopes uega. situm aqua multa inter inaccessas cre
pidines prosiliente, inde Mammęo accepto fonte
xl. plurimum stadiorū itinere confecto qu viciā
vilemas desinit in Anaxum xii^{mo}. circiter a Pon
te bellunensi stadio, ultra vesionas, Cicomialū -
tim est multę uastationes amnis, qui de proxi-
mis emissus vallibus, quę, ad ędes castalionęę cu
ram pertinent magna ubiq. riparū ruina diluuiorum
tempore agros imminent, qui demū accepto in gremi
um contiguo riuo bene magno infra vesiomias q[illegible]
Dauritę continetur & Anaxo cōmiscetur, A vi[illegible]
mys eodem risensi nathu ad xbr circiter stadia Ca-
sia est, in ipso ripę margine, inde ad quartū Lima
na ^amnis [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] neq. [illegible] neq. enim

Limanam pagum dictum, quod Limanę ~~…~~ adhęrcat, qui de agro meo, ob cohęrentiam adunam quamq; pluuiam partem aliquam delimat,
ultra Limaná eadem amoenissima uia Andijs uix tribus
p. Eliciis eder est ^ inde ad ostium stadiú Lartes ^
Fluuius ipse quoq; margaritibus iniquus, et agris maxime contumeliosus. huic imminet turra alia in cliuo prealto supra Lartem edita, inde ~~…~~ Melum in surrecto colle positú, inde Lintiaci utrumq; uicos amne suo prędivus, qui proximé in Anaxum influunt, infra quidem ~~…~~ Melum Terebę, in spra Lintiacos Remuntia, ~~…~~ Melum ipsú in colle suo supra ripam. Anaxi conspicuú populo admodum ciuili sub Austricijs Habilimini Georgię in Republica Venetа clarissimę degut. cuius familię Castellum ^ ad stadia .vii. est manifestum iurisdictionis insigne, e regione ~~Rumellam~~ Meli ostium. est Corduuij in Anaxú defluentis ^ ~~et nauiculas fluuialium nauium~~ ^ ~~quę toto flumine contis, non remis a puppe tantum suppelluntur~~. Hinc ad stadia circa xxxv … Cesiana est, Cesiana autem suos agnoscit dominos indigenas, et antiquos, Forquatissimos. hic naucerus et na-

ubi nauiculę fluuialibus naucerius, quę toto flumine contis non remis à puppe tantú suppelluntur. cómodus precipui Agortinis descédéntibus in Taurisanú agrú

† Vbaldinas nuces

Rumellę núcupatú ^

et hic naucerus Anaxo similis priori sed non usq;adeo frequentaneus

ratiam, et mercium omnium, quae saxo restantur uesti-
gia exigimus a Tolmensibus modo olim ducentesimo anno a Cesianis uicis,
Sub Collicculo, uel cliuo potius cui Cesiana incumbit, crepi
do quadam asperrimi saxi ad ripam excauata supra
fluuium exporrigitur, sub qua gurges profundissimus, fe
reque accidit toto omni tempore, ut unda per infimam
glaream lata expatiata alueo quamuis distante ubi
uentum est e regione crepidinis totius aquae uis in eam
rapiatur, et in saxa ipsa incursare contendat profunditate
uorticeque gurgitis omnia deuorantis, ubi opus et labor
exercitoribus ad dexteram ripam quanto fieri conatu
potest rates impellere, marginemque obiectis ramis cor
radere quandoque tanto studio, nixuque fit, ut al
terum a lacunatis lamis non desideat, uel excellentes al-
luuione, quae super ratem insilit, uel ad genua
usque profundat, euitata crepidine tam peri-
culosa, XV. stadiorum spatio ad uictorianum promon
torium peruenimus, ubi aliquantulum patefacta iam
valle D. Victoris aedes, et coenobium uenerabilem
summo cliui uertice conspicuum salutamus, et Sonna
Kirianus amnis in comitium accipimus, ab hoc
spatio reducta est in uallem Kiria per stadia circiter
XXV. Mox per montium anfractus alternante ualle
per XL stadia uoluminibus sanguineo cursu tamen

sedatior fluuius ad Querquanũ scopulũ appellitur.
Hęc nauigatio satis lepida cum nullus hic cau=
sus sese obijciat incursatio.
Medio hoc itinere Castellum nouũ (ita n. appellatur) ui-
am intra se admittit, e cuius regione ab altera flu-
minis ripa Turris inter aquę marginẽ, et scissa
saxa consurgit alueo tam angusto ut à muro Ca-
stelli ad Turrim oppositam catena ferrea bellj
tempore transmitti possit, quę ratiũ transitũ pro-
hibeat; Hic uero locus tanti momenti est, cui
à Dominio Veneto Praefectus ex nobilitate
selectus tertio quoq; anno destinetur. A casia-
na uti dictum, per totum hanc uallem nulla solli-
citudine, metuue nauigatur, nisi ad stadia
circiter XII. infra Castellum nouũ, Querqua-
num promontoriũ de quo supra, scopulũ porri-
gens ita obliquatum in latũ sinũ, ut totus fu-
uius in ambitũ propemodũ theatralem recepto
aquam retrorsũ ablegare cogatur, ad exitus,
ambaq; istius modi exitum consurgunt hinc
exporrecte cautes, inde scopuli, qui angustissi-
ma intercapedine totum fluminis impetũ re-
cipiunt, Exercitatos locum hunc Portus no-
minant, sed cautes, quę à dextera sub Scli-

uiori situ, mollioriq; saxi continui leuigatione constant,
qui uero scopulus à leua est surrectiori crepidine
cautibusq; asperioribus, uel ipso uisu horribilis, huc
cum appulerint rates, raro ita plenus est fluuius
ut à dextera non urgeant ad ripam uel etiam cum
ingenti glareę motu, et saxorum attritorum strepitu
in sicco perstringant, Hic interim aliquo spatio
rates per subaquaneas cautes ui fluminis impellun
tur magna uectorum trepidatione dum pars iam
modo subditur, modo fluctuatione, succussuq; quodam
agitatur, à leua uero periculum est ne in extantes
proiecturas impingantur, quare procul, sinu ca
put ratis auertendum est, permittendumq;, ut
capite elabente undique corpus nullo nisi alluuio
nis periculo cautibus allidatur, Hec uelut
Scylla est, in qua pretereunda cauendum est,
ne ratis impacta dissiliat uinculis abruptis, sed
ubi in latiorem alueum deuentum est, statim oc
currit alter lacunaris gurges, altera scilicet Cha
rybdis, non quam Scyllę momento aliquo euita
re posses, sed in quam simul ac portus quaesieris
incidere necesse sit, ita totius fluminis uis uio
lentia rapta in eam, surrectiq; montis crepidi
nem impingit, à cuius asperitate repulsa in uortices

et ingentes, et innumeros sese retorquent, ut veluti saxo
ictus anguis mille voluminibus spiras complicare cogi-
tur; atque hinc accidit, ut recto impedito cursu, tam
aquae vis in semet ipsam conversa montes appellit
radices olim abroserit, altissimoque mox gurgite
desederit, et turbinatim instar torti fulminis in
imum usque sese circumagat, donec soli tacta
duritie resiliens, ac supervenienti cedere cogatur,
et cursum in sinum per ambages continuas cum
cere connitatur; Huc ubi perventum est, aquae
ita insida, et varia rates quantumcumque. Sunt
levitate habiles bona sui parte sub aquas in
clinantur, quia tam plana ratium latitudo
violentiae resistit non nisi unum pedem, aut ubi pro
plurimum sesquipedem merguntur, idque modo
hic, modo illic succussatione veluti quadam
ingluviem eam exsuperantes. Ex his elapsi
verticibus per stadia circiter sex a quercu
no promontorio a dextera, valle celebri vi-
no à leva praeterito, ubi in alta semita aquae
fontana tantae copiae una eructatione prosilie-
ut bene magni fluminis instar multis inser-
viat operibus fullonijs, et chartaceis in-
ter has altissimas montium cautes, aquam

amnem leni Sigustrum pagum liberiore demum coeli con
spectu montes iam cultiores, fertiliora iuga, agrosq
patentiores offerentem videat, circumuertitq à dextera
totum quarquanum promontorium sub Fenarium
vicum amnem excipiunt.
Post humeros autem promontorij querquani vicus
ipse est, tam a castello anteq ad scopulum de
quo diximus, peruentum sit, via diuertit à flu
mine, et post collis eius tergum per vicum transit
in vallem quandam, unde totum ambitur pro-
montorium, vicus uero ad septentrionem de-
flexus instar oppidi est, insulis toto iuga, et
compitis frequens, et aliquot etiam antiquorum
memorijs ornatus, ad imum vallis duo am-
nes in unum coeunt, qui apud Fenarium
coniuncti statim in Anxanum defluunt, Hinc
ad Ripamsiccá stadia conficimus circiter qua
tuor, et sexaginta. Medio hoc itinere supra vi
am alti admodum clivi insidens Pederubia
pagus, Inde Lionicum versus vallecula occur
rit, cum amne Colonia, qui non decidit in
Anxi alueum, sed in derivium, quod per
cataractam sub Pederubia, de ipsius Anxi
fluctibus excipitur, aggereq ~~Anxus~~ firmissimo

deductus per Taurisanum agrum pluribus aquarum diver-
tijs in latissimam planitiem ad multarum posses-
sionum utilitates effunditur, Inde Romigias pagus
et ab altera fluminis ripa Abbatia Vidoria, hinc
Ripasicca demum in plano sita, a quo vico
per campum iter est Taurisium centum circiter et
xii. stadiorum spatio. Anaxus vero iter
suum longo ambitu flexuosum ad ortum
brumalem vertit, planiciemque istam Montello
occupata Aedicula S. Mammae praeteriit amne
Rabioso necessitate Sabeamum versus fluit, qui
pagus cum amoenis viridiariis collis altis do-
minis parent, Ubi vero Soligam amnem
a Follonie fonte amplo emissum suscepit, ge-
tior mox cursu, sed ambagibus valde torren-
sis in collis alto conspectu ludat hac, illac
quasi choream ducat, eoque vagandi velut
studia fertur ad Harunaos, Hinc quoque ca-
nalis alius ex Anaxo excipit aquam, quam
per campum alveo excavato Taurisium de-
ducat. A Harunanis pancis sub pago itidem
traiectus est Scarancina nomine, via quae
ducit in Cogienses, inde alter altera Loundiam
mox Maceratam, et D. Pauli locus, a quo

stadia circiter XC. Invectus, et portus ille celebris,
qui Pons Plavius appellatur, ubi aqua iam
lenior Liburnam, et aliarum navium onerariarum
rum patiens alveo, cirroque se navigabilem prae
bet, ad stadia mox septem Salgareda, inde
Noventa. Mox Fossalta, mox Noventianum
mox Turris caliginosa, et portus denique le-
stulanus loca omnia suis instructa traiectibus
Atque in hac denique literis parte Anaxus post
emensa miliaria tantum circiter et triginta
a fonte ad hostium omnibus auctus Torrentibus et in-
gens: in continentem excipitur, cautibus, Tor,
scopulis, cuspidinibusque superatis in Hadria-
ticum [illegible] triumphabundus, et opulentus in-
greditur [illegible]
Hic vero dubitassem morari nobis quasi fidem falla-
mus fabulas, aquarum de cursu Plabes, ut nunc vulgi lo
cutionem usurpemus, quem fuisse quondam per Serravallis
fauces loca eius incolae praedicant, nisi scirem esse ho-
mines quosdam ita opiniosos, qui rem oraculi instar e-
narrent, olim scilicet eam per nuncupatos ad pagum
Salvus, Casamattique, et S. Crucis ripam, undique altius na-
tivus elabi solitam, donec hinc, et inde collecta
bunda inter arctissimas montium angustias ad Serraval

lum emissa aperto demum Feltriensium campo pote-
retur, medio mox eo itinere factum ut magnis
surrectorum crepidinum desilientium ruinis in-
terclusa retrocesserit, et in Bellunensem agrum
unde diverterat relapsa novum ductu sibi adiuncto
alveum excavarit. In recessu ab antiquiore illo
decursu lacus illos relictos, qui ad Calama-
tiani, et aliquot ad Razum usque, et usque
inter convalles reliquos stagnant, ipsumque
tunc vadum altum nullo neque ingressu, neque
egressu intra se contractum in eam
quam conspicuus est profunditatem subsedisse
ostenduntur in huiusce rei testimonium ve-
teres aliquot. Sed Seravallensium Tabulae,
quae quorundam agrorum limites ad veteris
Plavis usque ripam citant, mediocrisque altitudinis val-
leculam longo tractu continuam ostendunt, sive
potius lationem quandam, longeque productam
fossam, magnis olim imbrium diluviis delinea-
tam, quam antiquum nostri fluminis alveum
fuisse contendunt, sed et confidentius asseverant.
Id ego vel negare vel affirmare nullius mo-
menti esse contenderim, sed fluminis nostri
alveum, uti initio diximus, aliquot millium

annorum, quam etiam ab ipso dicere ausim orbe con-
dito ad hanc usque diem eodem quo labitur alveo perlu-
xisse, conservavisse contenderim, sed quasi ipsa
riparum indicat altitudo, ipsique antiquarum, diu-
turnarumque alluvionum relicti margines longo
modo hac, modo illac parte ductu eluvie bene ma-
gnis plana camporum spatia ministrantibus
per gradus quosdam lentissime consurgunt, et ad
eum commodissimos, quae diluviorum nihil
nunquam sint amplius ascensuri. Sed utrumque Se-
rravallenses de fluvio nostro sentiendum, id asserere
possumus totam illam planitiem, quae nunc in-
ter Anxurum, et Saurinam urbem lateque iacet
longa nostri fluvii alluvione paulatim obruta-
tam esse, et adhuc diluviis perpetuis surgeret
nisi densis ac magnis saxorum molibus aggere
ex transverso [illegible], ut nunc vulgi vocabu-
lo producto ibi [illegible] erumpit, non plane diversum fluxum
impetuosum flectere cogentur [illegible]
obsistitur, quia exundante per tempestates Anaxo
Butirrica [illegible] Raventani amnis, qui per
urbem dirimendum [illegible], et
Lapideum in urbe media pontem ad Beniemi
[illegible] Anno Sal. M.D.XII. demolitur [illegible]

xerat. n. in eam Plavius, quod Cives ipsi pontem mox restituto marmoreo superaddito Titulo posteritati tradere curaverunt, ita n. inscriptum est.

PLABES FLUVIUS CUM INSUETO ET QUODAMMODO
PRODIGIOSO INUNDARET INCREMENTO BUTINICAM
AMNEM INFLUXIT, URBEM INVASIT, PONTEM
SUBVERTIT, HIERONYMUS PISAURUS PRAETOR
NE MAXIMIS INTENTUS HAEC ETIAM MINORA
NEGLIGERE VIDERETUR RESTITUENDUM CURAVIT.

M D XII.

Quin etiam in illo agro, qui à Naruaniis Tarvisium usque, et a Rigasicca Castrobomcum versus, hinc et inde late patet, Terra passim unius aut duorum ad summum pedum altitudinem defossa nitidam et omni luto purgatam glaream ostentat, argumento satis manifesto decedentis indies Fluvio supermiculum mox [illegible], et diuturnitate temporis agrum factum. [illegible] Cumque [illegible] dicebamus, glarea illa omni purgata contineat, quid mirum si nobilior quae-

dum ingenia Silim eundem, atq Plavim esse arbitrati sunt,
nam subterraneus ille decursus commodam habet viam
ut facile possit inibi Castrafrancum Lamiem illam in-
fluere, quae Silis mater est et emissarium, quod non
de Sili tantum ausim affirmare, sed et de Burnica, et
aliis amnibus etiam omnibus qui Tarvisium ingredi-
untur. Verisimile quoq est nostrum hunc eunde
amnem in campos effusum ab orientali etiam
latere aliquando finitimum, cui adhuc est infestissi-
mus latius occupasse à Narvesiisq Opitergium
versus sese detorsisse, ut olim Vacciolam usq diffusus est
et Pianzoli vici fossam visitationis suae testimonium
reliquit, quae loca non admodum distant à Serravallen-
sium finibus, eaq parte crediderim potuisse fines
aliquos ad veteris Plavis ripas à Serravallensibus
agnitos. Non ita tamen, ut fateamur tantam aqua-
rum vim, quantum secum trahit Plavius per Calamat-
tiae valles vadiq alii angustias tam contractas
perq medias Serravalli fauces effluxisse. Sed ut
ad aggerationem nostram redeamus, non Tarvisia-
nus tantum campus, sed universa Venetia, In-
subria, et Taurinensis in cisalpinis Liguria
ager augetur annuatim, per tot tantorumq
amnium, quorum inundantur alluviones con-

crevere, Mari ad hec quotidie recedente, invehentibusque
à fluminibus limum in littus aggerentibus, conti-
nentiq(ue) ita in horas singulas suos proferente ter-
minos. Quod ne cuiquam mirum videatur, ut Aegy-
ptum, rem quippe una auctorum omnium testi-
monio notissimam praetermittam, terram eo
modo congmentatam, spatiosissimos Indie campos
illos Indi fluminis alluviones esse pro comper-
tissimo tradit Arrianus, atque Caystrum, Ly-
dum, Caicum, Meandrum, et Hermum, et
plerosque alios fluvios insignes, campos à se
nominatos habere, quia illi ex superioribus
locis limum trahentes terram congestam in so-
lum mox obducunt. Sanè cum philosophie
darem operam Patavij, aquatilisque puteus
ad tonstrinam quondam apud forum olito-
rium foderetur, operis ad certam altitudi-
nem descendentibus harena primum reperta
est, inde conchiliosa glarea, quamvisque
pinnarum corticibus refertissima, cretaceumque
mox terrenum, de quo mox demum aqua-
rum scaturigines affluentissime pullularunt.
Huiusmodi vero aggerandi rationem Polybius in
historiarum quarto disserit, ubi futurum

dicit Maeotis palus, quae tum latissima erat, seculorum haud quaquam multorum spatio tota fere decedentium in amnis alluuionibus complebitur, ac mox etiam Pontus Euxinus eadem ratione magna sui parte uadosus fiet. Magna n. est longe quantis auctoritas in rerum mutatione, et ut Horatius ~~Debemur morti nos nostraque; siue receptus terra Neptunus classes Aquilonibus arcet regis opus, sterilisque diu palus aptaque remis vicinas urbes alit et grave sentit aratrum~~

Debemur morti nos nostraque; siue receptus
Terra Neptunus classes Aquilonibus arcet,
Regis opus, sterilisque diu palus, aptaque remis
Vicinas urbes alit, et graue sentit aratrum,
Seu cursum mutauit iniquum frugibus amnis
Doctus iter melius.

[illegible] uero nos ad uocabulorum mutationes [illegible] quodammodo uidebamini, qui uos [illegible] mutari quotidie [illegible]

Miror ~~autem~~ unde nonnulli unum e Tiliauentis Anaxum esse commenti sint, quod uarie nominant, quem Plinius in Anaxum defluere tradidit riuum eum crediderint, qui ad Concordianas paludes Belgradum, Varmum, et Madrisium lambit aqua admodum modica, et ignobili, pauloque supra Arilanam in Tiliauentum cadit. Sed non eam eruditi omnes tum historici tum chorographi recentiores, qui a linguae Latinae reparatione da

merunt. Plavium esse Anaxum scriptis prodiderunt,
difficileq́ admodum sit situm fluviorum cum no-
minibus etate nostra immutatis conferre, vel
pro certo quidpiam prefiniri, confusaq́ preci-
pue sunt hec apud ipsum Plinium, qui flu-
mina modo à fontibus, modo ab ingressu in ma-
ria, modo à viis militaribus enumerat, pe-
rinde ac etiam in oppidis recensendis ag-
nissima est in ipsius territorii sui urbibus
perplexitas, quam ego desultationem appel-
lare soleo, ne vero amor tantum querendum
est nobis cum locus notatione dignus sit a-
pud Plinium, ANAXUS QUO VERRA-
MUS DEFLUIT. Facilis vero coniectu-
ra est, non alium esse posse quam Lacum
nostrum Calamattium, qui Carnis finiti-
mus à septentrione, occasuq́, solus è lacu-
bus in Anaxum, Plavium quippe nostrum
defluit, qua re super narrare mihi soli-
tus erat Nardinus Celinensis vir greca
Latineq́ apprime litteratus, et abditarum re-
rum cognitione insignis Celinenses ami-
culas suas quaqua Maniacum, et loca
meridiana trans lacus nostri saltus inco

lunt. cum in bivacem quempiam acerbius invehi vel-
lent imprecari solitas, ut is Verramum iturum apo
taret, illius n. loci accolę et Cęlinam, et tres illos
Liquentię fontes, qui flumen id. efficiunt de Casa
matio nostro emanare prędicant, aperta sibi per
subterraneos meatus via. Sane provinciale hoc
dicterium ponderis aliquid habere posset ad vicini-
tatem ipsam indicandam, cū Belgrodus, Varmus
et Madrisium longo admodum itinere distet a
Maniaco vel à Carnis ipsis, in quorum regione
Anaxus oritur, neq. oppida illa cum Cęlinensib
cõmune quicq̃ habeant sed potius maritima sint
iuxta Concordię paludes, et Liliamenti ostia vicina.
Sed nominis originationem puto fidei plus habitu-
ram. Nam lacus istius Angulo, qui ad septē
trionem spectat, à tergo Carnorū et Plinianis
insistens verbis in agro Bellunensi iuxta lacū vicus
admodum nobilis est FARRA nomine. Hinc
suspicio quędam minime contemnenda suboritur pri
mam huius nominis literam aliquando claudia
ni digammi nota scribi solitam, quippe FAR
RA. Imp. enim claudius ut sępe dictum usq. a
deo digammo illo suo delectatus est, ut cu Romę
Pomerium late porrigeret ad eo lacū, nūc Tarvi

vbi cloaca pluuiatilibus aquis colligendis, et in Ty-
berim emittendis inscriptionem rei à se gestæ
AMPLIAℲIT . TERMINAℲITQVE digamma
notari mandauit. Sed tamen ad hunc usque
diem bona pars hominum et scriptorum arbitrantur
Teutonica pronuntiatione, qui Vinū, pro ui-
num dicunt, et alia huiusmodi legere solent
ampliafit. terminafitque ignari E digammon. V.
consonantis sono enuntiandum ampliauit, termi-
nauitque, de quibus supra satis meminimus, quod
cur tamen adeo studiosius ueteres fecisse ea-
dem in locutione altera in interius usque polita,
quippe FORTVNAM, quam nunc dicimus, illi
originationem incolumi VORTVNAM appella-
uerunt. quod uortuna à uerto deduceretur, eaque
de causa nunc Rotam, nunc Rotulam, quibus
insisteret, eius hieroglyphicum statuere. Sed ne
tam longe exempla repetamus à nostratibus argu-
mentum potius capiemus, quum apud nos dominum
multa huiusmodi nascantur. Ab altero istius lacus
latere, qua se in uallem extendit, stagnum distat
X circiter stadiorum interuallo: FVNDVM AL-
TVM uocant omnes tam accolæ, quam peregrini, quod
à profundissima, qua conspicuum est altitudine

habere nomen dubio procul affirmant omnes, ideoq;
VADVMALTVM nimirum, alim dictum, ita facile cre-
dendum vicum hodie FARRAM aliquando VARRAM
appellatum Lacui dedisse nomen,
Sed quid obsecro dicturi estis, si adiecero eo
dem auctore Plinio hunc eundem Lacũ Pisonẽ
etiam vel Pisinum dictum, meministis fuisse il
lum superius à Tauriscorum, et Liburniae tum
chorographia Aquilegensium ac alios Norici fines
indicandos, qui scilicet ad magnum flumen tenderet,
quos principium sumere voluit à tergo Carnorum,
et Iapidum inter hos, et Bellunensem agrum
Casamattius noster Lacus circumcluditur. Ibi
Rhetis iungi Noricos tradit Plinius, Ibi vi-
vum nomen manifeste ponitur. Ibidem ~~me~~
~~tia~~ Flavii mentio sit, Ibidem Lacus Piso
quamvis pleriq; Codices per ae diphthon-
gum faciunt Paeso, sed in hac re nihil
iam ad me Plinius. Ite ad monumenta
Reipublicae vestrae, legite sanctiones, decre
taq; vestra municipalia Rubrica de Pis
catoriis primo libri tertii capite, apertissi
me Lacus hic, qui à tergo Carnorum, et Iapidum,
inq; Iugorum Bellunensium gremio inest, qui de

fluit in Plauium. Pisinus nuncupatum; quamuis in recens impressis codicibus una plus sylla ba lacus Lapisinus habeatur, quod Apud Plinium LA. PEISO, uel PISINVS scribitur. Ad hec si de nomine quis morestus quaerat, in proxima eius lacus ripa ad montes, qui sar niam attingunt, uicus est, qui Pisonis fa isse uideatur, una detrita litera ret alterâ bar bara enuntiatione uitiata, uulgo n. Posois nomen habet. Satis autem est in re tam impli cata, tam recondita, indicium habere aliquod si non apertæ ueritatis, alicuius saltem, sed congruæ similitudinis, neq; quidem de nomi num, ut ita dicam, dilutatione nobis mirú adeo uideri debet, qui uideamus hodie, quos uulgo lacum hunc non uno nomine nuncu pari, cum alij eum Lacum ad pagú, seu quod malunt quidam ad almen pagum, alij casamattium alij S. crucis uocent, et pro ximus quisq; locus ei à se nomen imponat, immo rarus admodum toto urbis orbe flu uius, lacusue reperitur, qui non aliquando nomen uariarit. Cómemorem ne uobis Nilú in Ægypto modo Aquilam, modo Oceanú

modo Tritonam, modo Sirim, modo aliis, atque alijs no
minibus appellatum, an Tyrrhum Thuscum, olim Tyr
rum Syracusanorum aduenarum Oenotriorum lingua
mox Tyberinum, olim Albulam nuncupatum, Danubiú
Istrum, Padum Eridanum, Lyrim in Campania, nunc
Gariglianum recenti Gallorú strage nobilitatum
Medoacum in Venetia, nunc Brentam. An tot,
tantosque in transpadana regione Lacus Benacú, Ver
banum, Sebinum Larium, et plerosque alios, quos
hodie longe diuersa ab antiqua nuncupatione designa
mus. Quid Vrbes! nonne ipse etiam nomen mo-
do hoc, modo illud adoptare consueuerunt! quæ olim
Saturnia, mox Valentia, nunc Roma est, et capta mil
lesimo ab hinc anno ab Odoacre Herulorum Rege pe-
riculum adijt ne Odoacria tunc appellaretur, serua
ta tamen antiqui Regis persuadentibus longe glorio
sius, et illustrius fore apud Mortales Romam captá
quam Odoacriam instauratam. Quæ olim Bizantiú,
mox Romanea, nunc Constantinopolis. quæ Tic
num, iam Papia. quæ Parthenope, iam Neapo
lis, sic plerisque aliis, quas commemorare super
fluum est. Sic regiones denique, Prouinciisque ce
leberrimæ in Asia, Venetia olim, usque ad Padi fon
tem, Africa, Mauritania, cum cæteris cognomé

ta mutauerunt, et ut ego de locis dicam, quę de uocum formis Horatius.

Multa renascentur, quę iam cecidere, cadentq;
Quę nunc sunt in honore uocabula.

Verum hic scire uelim, an parum nobis uerisimile uideatur eum, qui campo urbi subie-cto Flauiolę nomen dedit, à se desumptum, qui nuncupandę urbis uiri unius nomine auctor fuerit, qui tot de celebritate sua monumenta toto huius regionis agro reliquerit, potuisse etiam Flauio amni, cui late dominaretur, nomen immutare. Atqui Cinthis in Calabria Iurinorum fluuius ab immerso in eum impurissimo Pastore quodã cognomentum accepit, quod factum est impulsu Arithis, qui amatam à se capram ab eo amplexari ferre non potuerit, et leuiori de causa in plerisq; aliis demutata nomina reperimus.

Eruditi quidem omnes, cum ueterum historias percurrunt, satis habeant minimam quãq; occasionem deprehendisse, ut fidem adhibeant iis, quę uerisimilitudine aliqua huiusmodi

nominum mutationes, impositionesue uariam, vos
rem tam manifestam, qui olim Flauius apud Ro
manos, apud Euganeos uetustiores, propterea ob
rapidissimum cursum retro nauigari nequeat,
Anaxus fuit, Plauium nunc esse, et a C. Fla-
uio Hostilio clarissimo urbis nostrae lumine Fla-
uij nomen accepisse credere cunctabimini? quod
quidem, qui persuasum habuerit, rem haud
quaquam absurdam credidisse se nullo rubore
profiteri poterit.

Quoniam uero diei acta est pars maxima, uosque
forsitan non minus audiendo, quam ego declaman-
do defatigati sumus, tempus est, ut huic parti
finem imponam, rediturus ad vos die crastina
solita hora, et loco, ut vos argumento superioris
his longe delectabiliore reficiam, ueniant
igitur ij, qui rerum uetustate afficiuntur, ego
non tantum saxorum inscriptorum moles, sed eo
rum etiam usum forte non contemnendum, suum uo-
bis donaturus

Finis sermonis Heraij

C · HOSTILIVS ET · P · EGNATIVS VEITOR
QVINTADECIMAE LEGIONIS TRIBVNI
P · S · P · Q · R · DIMICANTES PARITER
OCCISI HEIC PARITER IACENT
SINGVLARE POSTERIS EXEMPLVM
ET CARITATIS, ET FORTITVDINIS.
CILINENSES XXL DIES ATRATI
LVCSERVNT ·

In quo quidem titulo, quod VEITOR pro VICTOR notatum sit, ne adeo miremini, in numo etiam argenteo DIVVS AVGVSTVS VEITORINVS habet. Domitiam Severam C · Hostilij coniugem legistis in epigrammate bellunensi, accipite nunc Hostiliam Severam L · Hostilij filiam in Romano monumento apud Traiani columnam in alveo Sacri Lavacri Sti · Nicolai Aede.

D · M · S ·
L · HOSTILIO ONESIMO
HOSTILIA SEVERA
PATRI PIISSIMO ET
HOSTILIVS PARTHE
NIO PATRONO

Sed ea magis arbitror placitura, quae nostrum per agrum quotidie reperiuntur, numquod ovis ... quinto abhinc lapide loco, qui

Bolagus dicitur Mausolei quandam veluti umbram, extantque adhuc magni operis vestigia, tumulusque rotunda forma ruderibus obrutus, nunc prorsus ædificio verso, sive is fuerit Felix episcopus, is qui iuxta proximam ædiculam humi conditus, ut titulus eius ostendit, sive Barbarorum alius, qui nostræ urbis conditori tantam inviderit celebritatem, argumentum autem excitati olim eo loco operis inveni ego inscriptionem pulcram et elegantem, quam sim calceque obrutam labore mox meo detersam conspicuum in locum transferendam curavi, cuius hoc est exemplum...



Placet vobis ut video concisa et elegans dedicationis figura quod si litteras videritis illas pulcre admodum elaboratas et vere Romanas! quanto vestræ huic regioni gratulabimini, quæ præstantes adeo viros, si non oppidorum conditores, quod privatus predium ingenio fere conetur inficiari, certe incolas, et cives habere meruerit. Hoc n. nulla

cuiusq; nobis inuidia dempserit, neq; inimicorum labefactabit iniuria; sed nec quidem notae litterarum quatuor punctis distinctae sibi uelint quae fuerit aliquis, nam superiores illas in apice tituli positas Iovi OPTIMO MAXIMO significare ambigit nemo, inferiores hae tantum V · S · L · M · facessere nobis negotium uidentur, cum praesertim plerique uestrum sint antiquitatum huiusmodi perq; studiosi, qui notarum earundem inscriptionem alibi etiam obseruarint, ut Albe Iulie Pannonie oppido quod ad Noricos pertinet legerunt.

FORTVNAE
PVBLICAE
PVTALIS
V S L M

Et idem loci, quod apposuimus non pigeat

AESCVLAPIO
ET HYGIAE ET
GENIS HVIVSQ
LOCI SALVTARIB
C IVL FRONTO
NIANVS VET EX
B F COS LEG V M P
REDDITIS SIBI LVMI
NIBVS GRAT AGE EX
VISO PRO SE E CARTIA
MAXIM COIVG E IVL
FRONTINA FILIA
V S L M

etiam oppido, cui nunc vulgo nomen Vynelz, apud eas noviomag. eius loci uetus monumentum his literis insignitum.



Quarum quidem litterarum multae nimirum sunt interpretationes. exponunt n. alij VOTO SOLVTO LIBERO MVNERE, alij VOTVM SOLVIT libero munere, alij VOTO SOLENNI libero munere alij VIVENS, vel VIVVS SIBI LOCVM MONVMENTI, vel MONVMENTO, quae quidem omnia una cum quibusdam alijs Commentationibus habetur in ijs Romanorum notis, quae sub valerij Probi titulo prodierunt, quae et si in eo libello multae mihi subdititia videntur nullam tamen earum interpretationum improbarim, cum a veteribus tradita circumferantur. Sed n. illam dissimulabo, quae in eidem scripta plerisque eruditorum magis arridet, ea scilicet VIVENS SIBI LEGAVIT MONVMENTVM. quod ideo nonnulli probant, quod quinque alibi notae V. S. L. L. M. VIVENS SIBI LOCVM LEGAVIT MONVMENTO exponi videntur, sed illam ego

potius admiserimus quae est VOTVM SOLVIT LIBENS MERITO quae quidem ex alijs antiquorum inscriptionibus desumpta est, Integris n. locutionibus Romae legi in Monte Pincio sic nunc uulgo nuncupato.

VOTVM SILVANO
SOLVIT LIBENS
MERITO T. F.
DIADVMENVS
LVRNESIANVS
PRAEGVSTATOR
AVGVSTI

Item alterum Romae trans Tyberim apud Mattheos.

SOLI SANCTISSIMO
SACRVM.
TI. CLAVDIVS FELIX
ET CLAVDIA HELPIS
ET TI. CLAVDIVS
ALYPVS FIL.
EORVM VOTVM
SOLVERVNT
LIBENS MERITO
CALBIENSES DE
CHO. III.

Ex his igitur patet singulares illas notas in Hostilij tumulo dubio procul significare VOTVM SOLVIT LIBENS MERITO.

Quod si alia quoque multis recitari nobis mo

numenta, quae virorum illustrium memoriam in nostra usque civ. à temporum iniuria vendicarunt, passimque per bellunensem agrum conspiciuntur, ab eo incipiam quod paucis ante annis excessis vico serio ab hinc lapide repertum est, pulcherrimis quidem litterarum characteribus elegans, sed ornamentis operis Corinthiaci artificiose admodum elaboratis longe formosius. Est vero inscriptio in hunc modum

T · SERTORIO
PROCVLO
II VIR · I · D · PRAE
FECTO · III · Q ·
FLAMINI VIX ·
ANN · XXX MES VI
OTTIMO FILIO
PARENTES FECE
RVNT · H · M ·

Sertorianos superius habuistis, nunc Sertorios regionem nostram illustrasse conspicitis, quam speciosa sunt haec Romani civis cognomenta, quae prae se ferunt generis antiquitatem, cui T. Sertorio Proculo nomen fuit, qui duum vir, qui iuri dicundo praefectus, qui tertium quaestor, qui flaminis honore insignis habitus sit.

Quanto uero mœrore legentium pectora labefactat cu monumentum id à parentibus factum inspicimus optimo filio et qui triginta tantum annos menses sex uixerit, uerum is nequaquam deplorandus qui tam insigni familia nobilis, tantæ celebritatis honoribus decoratus uitæ breuitatem memoriæ suæ diuturnitate superauit.

Sed cur PAETICOS dissimulemus, qui Neronis claudij Imp. temporibus claruere, fauces eas sortiti, qua Plauis ex arctissimis, confragosisq. catharinorum uallibus erumpentem per oppositas patrias saxorum moles, eousq. præcipitatum emittunt, et dominabantur. hij Lebactibus nostræ ditionis populis, qui nomen in hunc usque diem seruauere obtinuerant loca eadem etiam Longareni octauiani Augusti familiaritate clari, a quibus et uico nomen in hunc diem permansit incolume. Patici uero ab Imp. Nerone claudio Faucium harum tutelæ præfecti Horologium Longarnis Lebactibus magnis saxorum molibus construxerant, castellum in edito cliuo munierant, angustiasq. ipsas munitissimo loco custodiebant. Horologium nunc dirutum, disiectumq. est, quotidieq. tam uastæ saxorum moles huc illuc as-

portantur, et nisi Sacello D. Helenę inscriptus Horologij titulus altari dicatus esset, illum ipsum quoque desideraremus. Sed age perlegamus, quae temporum iniuriae subductae sunt litterę.

IN HONOREM
CLAVDI
CAESARIS AVGVST
GERMANICI
SEX PAETICVS Q. F.
TERTIVS ET
C. PAETICVS SEX.
FIRMVS
HOROLOGIVM CVM SEDIBVS
PAGANIS LAEBACTIBVS
DEDERVNT

In inscriptione hac praenomen Imperatoris scalpro sublatum est, ut utrum Neronis, an utriusque, an Domitiani prius scriptum fuerit ariolari cogamur. Scimus autem quorundam Imperatorum nomina ob invisam publice eorum memoriam de monumentis deleri solita, Senatusque consulto Domitiani titulos ubique eradendos decretum, omnem eius memoriam abolendam Tranquillus refert, et Romae plerisque locis erasa huiusmodi nomina conspexi. Quis

tamen hic noster fuerit in cuius honorem Ratici Horologium Sabastibus dederunt ex nummis quærendum fuerit, opportune autem aliquot meum nomina nunc attuli, quæ videamus an ex his integrissimi rationem inveniamus. Hic vero primus nomen habet, TI. CLAVDIVS CAESAR AVG. P. M. TR. P. IMP. PP. ita hic alter, ita unus, et identidem alius. in his quidem Claudij nomen habetur, sed Germanici nusquam. Inspiciamus igitur ex altero loculo nummos, in quibus Germanici nomen est, At hi omnes Domitiani faciem habent, et inscriptio prosequitur, IMP. CAES. DOMIT. AVG. GERM. COS. II. eadem in hoc altero, et in illo, et alijs. sed Claudij cognomentum hic nusquam, non igitur Domitiani nomen in inscriptione nostra fuit. Sed hos alios e loculis excutiamus. Agnoscitis iam Neronianos e facie, at quid scriptum sit perlegamus. IMP. NERO CLAVDIVS CAES. AVG. GER. P. M. TR. P. Bene habet, habemus hic Germanicum, habemus Neronem, habemus Claudium. At inspiciamus et hos Neronis eiusdem litteræ sunt. NERO CLAVDIVS CAE

SAR AVG GER · P · M · TR · P · IMP · PP · ita hic alius
inscriptum habet, ita reliqui q. hoc loculo. Ceterum
meministis apud rerum scriptores legere Neronem
a Senatu hostem iudicatum, Neronisq. nomen profa-
num fuisse passim, unde etiam à nonnullis nome
id sublatum, contra, cumq. non semel aspexi, quare
nulla mihi reliqua sit dubitatio quin hic Nero-
nis Claudii scriptum merit, cum praesertim locus ille
excisus totidem sit litterarum capax, ut circino dime-
titus sum. Sed antequam inscriptionem hanc de mani-
bus amittamus animaduertite dictionem HORILO
GIVM. secunda syllaba à principio per L. non
per O, ut vulgo scribimus notatam. Nimirum
illis placitum est compositio ut O. R. L. commutarent.
Non procul vero ab aedicula, in qua haec habetur in-
scriptio, altera quoq. in priuatorum aedium pariete q-
dam iuxta viam in haec verba modumq.

ASCLEP
IO P · XE
LIVS PO
LIO MO
NITVS
POSVIT

facile autem crediderim Raeticos illos, de quibus paulo ante loquebamur agrum eum obtinuisse, qui ampla satis planitie a Fortunae vico, qui quinto ab hinc lapide est, monteque Serra digestus in Peninsulam excurrit, Plavii ripas undecunque tribus a lateribus Lanci nanti. Nam vico Pol-Paetici nomen est, quasi singulis eorum syllabis nomen in unum enunciatur, quippe POL · PAET · quod ex aquae vitam pascua fuisse significat, quae Raeticus habent. In altero huius agri vico via Iu-lia, quae per pontem tribus ab urbe millibus passuum meritoriis planisque diversoriis frequens est, in hospitio quodam ad libram publici vectigalis venerabilis antiquitatis monumentum inspexi, cuius inscriptionem hanc verbis [illegible]

FILI POSVERVNT MEMO
RIAM PATRI SVO SATV
RNIANO POTIO OBI
TO CVM COMPARE SVA
VALENTINA VOLVSIA

Latinus hic omnino titulus. Sed grecis aliquot litteris sparsim interpositis, quibusdam vix dum exalescentis, ut dens vero placuisse illis. A vocalem. ad Λ greci consonantis effigiem figurare, et PATPI litteris pene grecis scribere. Illud etiam invenies rarum prorsa oratione OBITO, qua forma poete libentius usi, ut apud Maronem Morte obita. Sed quoniam video vos tam sitibundos ad hec inhiare, ostendam et alia huius generis, que toto agro vestro neglecta iacent. Et illud monumentum cum primis commemorabo, quod Clori II ab urbe lapide tot lanceis imperium defendimus certum. Fuit in eo vetustissima quedam inscriptio, qua magna vetustatis iniuria sublata alia hec superinducta est.

T. TURRANIVS SEVERINVS
CONIVGI SVAE CARISSIMAE
BLICIAE COSTANTINAE VIVVS F.

In quo quidem titulo COSTANTINAE absque N. in prima syllaba scriptum est, uti COCEPT. pro concepto in Heronis numismate, quem paulo ante attrectavimus, et COS. pro consul passim in Romanorum monumentis.
Neque legisse pigeat, quod Cancti Arimanni mei vico

in ædicula D. Blasij habetur antiqua lapide

M · IVNI · PAT · MAXIMI
LIVI · D · PRAECELLIA MAX
IMINA · CONIVGI
CARISSIMO · ... F ·

Vltra progressis in vico Praecelliano Ædiculam Te
de offert se alterum spatioso nomine Praecellia
monumentum insigne, id ita inscribitur.

... DVRNIA SECV
NDO [illegible]
OMNIBVS HONORI
BVS · M · ... F
PRAECELLIA PROCVLA
MARITO OPTIMO

Erant vero Dorifori, si quis hoc cum, prætoriani
milites.

Non procul hinc vico RVMELIS ZAMELVM
vulgo dicitur. Praecellie huius consanguinei
iisdem nominibus Durnij Secundi, atque Praecel
liæ conditorium habuere, cuius inscriptio hæc
... in platea, foroque ipso spectamus.

M · PRAECEL
LIVS · Q · F ·
PAP · VITVLVS
SIBI ET
DVRENIAE · L · F ·
SECVNDAE
VXORI ET SVIS
V · F ·

Hos vero Praecelios Romanos cives, atq[ue] eos quidem non ignobiles fuisse volo nobis ex M. Tull. Ciceronis ep[isto]la comprobare, li. n. familiarium, in libro XIII. cu[m] ad Caesarem iam rerum potitum scriberet, Praecelium quendam unice co[m]mendavit Praecelium Caesaris necessariu[m], suum vero familiarissimum, viriq[ue] optimi filiu[m], quem adhuc adolescentem propter eius modestiam, humanitatem, animum et amorem erga se singularem mirifice diligebat. Addit ad haec Praecellium adolescentis huius patrem re ipsa doctum se intellexisse, didicisseq[ue] sibi fuisse semper amicissimum, eumq[ue] de illis esse qui irriderent, et obiurgare solitum esse, quod honorificentissime invitatus a Caesare non ei se coniungeret, versumq[ue] illum Euripidis Ciceroni identidem obiectare.

o di sapientem

qui sibi nihil sapit . & neque dicta uideri . ut cognoscan
tis Expeditiorum . qui ad nos Aureliam igna[illegible] pru-
dentia multis iam ab hinc annis scriptorum memoria
Commendatum .

A Melo Rumelis mox Planio ad dexteram in sito in
colle D. Martino sacro, qua flumine Corduni-
us proxime labitur quinis ab urbe passuum milli-
bus Turranij seu omnis familia uno compre-
hensa conditorio . huiusmodi inscriptionem habet .

P . TVRRANIO
P . ANISIO ...
VIR . TVRIAE . ARI
NAE . P . TVRRANIAE
P . ARINI LIB OPTI .
ANSI TVRRANI
VS . SECVNDVS
V . F .

Que ita explicari potest

Publio Turranio Publio Anisio quartum viro Tu
riae Arriniae Publiae Turraniae Publij Arinij li
bertae optimae Anisius Turranius Secundus uiuus
fecit. Iacet hic lapis ante altare, et assidue
pedibus sacra facientium atteritur, ut multa
iam in eo nomina excessimus deletionum

partibus incisiant aboleri, alterum autem sustinet Colum nae cippus, in quo ita scriptum.



Quae quidem magni alicuius operis indicia sunt, unde magnas Turrianorum (VRANIO) opes in hoc agro possumus exi stimare, qui quidem non apud nos tantum, sed et in reliqua Venetia celebres fuerunt, nam et Vicentiae, ut reliqua missa faciam, [illegible] eodem ita legas.



Duo vero nos notas has litterarum singulis singulas punctis discretas plerisque locis observasse uidique sibi uelle perinde ac si scriptum esset Hoc monumentum, et locum sepul

turę, uel sepulcri heredes non sequentur. cuius rei Horatium Flaccum interpretem habemus, q. Libro sermonum primo. sat. viii. scripserit
Hoc miserę plebi stabat comune sepulcrũ
Pantalabo scurrę, Nomentanoq; nepoti
Mille pedes in fronte trecentos cippus in agrũ
Hic dabat heredes monumentũ ne sequerẽtur.
In eadem urbe Vicentina, alter eiusdem Turrianę familię Titulus his litteris notatus est.

V · F
C · TVRRANIVS
SECVNDI LIB
EVANTHVS
CONCORD
C · TVRRANIO
PANTAGATHO ET
C · TVRRANIO
EVTYCHO
LIB · OPT.

Est et apud M. Tulliũ epistolis ad Atticũ huius familię celebrius eo loco quarta epistolę. a. fratre, ut mihi uidetur, quo uolamus animo esse in Pomponiam, et cum ea nunc in Arpinati prędio erat, et secum habebat hominem

[illegible] Turranium

Quod vero ad familiæ huius antiquitatem pertinet reliquiæ monumenti Romæ sunt in vico nunc Regula nuncupato in quo nomenclatura eorum est, qui Sergij Galbæ Imp. Aug. [illegible] Curatores anni secundi Imaginum domus Aug. cultoribus signum libertatis restitutæ dedicarunt. inter quos adnotati sunt C. TVRRANIVS POLYBIVS, et C. TVRRANIVS FLORVS, et Turranium tragicum Poetam Naso celebrat ex Ponto elegia ultima

Musaque Turrani tragicis innixa cothurnis.

Et quod ad Turraniam spectat et ANICIORum nomen de quibus mentio superius habita Romæ etiam in Æde D. Mariæ ad Busta Gallica scriptum legi.

TVRRANIAE ANICIAE
IVLIANAE C F COIVGI

Quorsum vero dicat aliquis, tam multa de Turranijs. aut ubi de nostris agitur quid eos Roma oportuit accersitos! Dolor huc me adigit inconsolabilis ob luctuosam amici mei M. ANTONII TVRRANII memoriam, tametsi decimum iam annum eum desideramus, qui græcis, latinisque litteris eruditissimus philosophicis, et eloquentiæ studijs admirabilis, humanitate præcipua, probitate incomparabili omnem veterum Turraniorum splendorem, et gloriam ad se unus attraxerat quem fata inopia, ne

diu tanta seculi felicitate frueremur Iuuenem ad-
modum magna omnium admiratione philosophiam, ue-
ram illam inquam elegantem Pasiz. professum
tem iniquissime nobis inuidere, sed nostrum
iam prosequamur.

Ad primum hinc lapidem in suburbano Museo iux-
ta portam aediculae D. Iacobo sacrae fragmentum anti-
qui monumenti est, Gentilium ad memoriam titulo
dicatum, in quo cum plurima desiderentur litterae
tantum hae adhuc incolumes uetustatis incuriam
euasere.



Iuxta eadem uero multa sunt ex quadrato quodam
cippo una quaque ex parte decerpta, exscripsi ut ne
syllabae quidem unius uestigium sit relictum, quod
integre legi possit. Sed si me ~~[illegible]~~ tamen nominis
similitudine delectari patiamini apponam ex
Alba Iulia, quae in Ripensibus ~~Horreis~~ est in

moriam allatam in hunc modum.

I. O. M. STAT
C. VALERIVS
VALERIANVS
EX VISV P.

Non ignoratis autem ut puto ex historijs Valeriani Imp. an. Sal. nostrae 256. Decio successisse qui dum in Rhaetia, et Norico ageret ab exercitu Imp. creatus, et mox Augustus factus, unde tot apud nostros Valeriani nominis monumenta.

Sed nimium conamur urbana recensere, Nam in D. Petri Libitinaria porticu conditorium habemus Cusonij memoria celebre, quod indicio nobis est clarissimas familias hinc migrasse Venetias, inscriptio ita habet.

D M
QVINCTIA MA
XIMA SIBI ET
COIVGI SVO
CVSONIO SEVE
RINO V. F.

Hec uero uos hesitare faciat quod QVINCTIAL
CT. scriptum est, moritis et QVINCTVM, et QVIN-
CTIVM eodem modo * plerisque locis notatum esse
et antiqui id fuisse moris, ostendit nomenclatu
ra quaedam Romae apud Iulium Porcium, in qua
fit mentio Aug. Tib. Caesaris Germanici, cui ho
norando affuerint DOMITIVS AHENOBARBVS
fuit is Neronis pater, et cognomentum id calum
niosum dixisse Neronem apud historicos legitis
post quem adscripti sunt T. QVINCTIVS, CRI
SPINVS, et T. QVINCTIVS
Sed iam nos ad se uocat praeclarus eius monu
menti titulus quem ~~apud~~ ad Edis primariae pari
etem, qui aream Praetoriam spectat, apposui-
mus superioribus annis de uetustis basilicae no
strae fundamentis erutum in eo nunquid ita, cuius
meministis

IMP. CAESARI
M. AVRELIO AN
TONINO AVG
ARMENIACO
MEDICO PARTH
CON ... NTIF
MAX ... POT XX
IMP ... III PP
DIVI A ... II FI
DIVI HADRIANI NE
POTI DIVI TRAIAN
PARTHICI PRONE
POTI DIVI NERVAE
ABNEPOTI
D ... D.

Placet uobis nimirum M. Antonini Principis optimi conseruata memoria, sed quod sexto, septimo, octa uo, nono, et decimo uersibus quinque uel sex litterae medie desiderantur, sollicitari uidemini. si quid igitur industria nostra assequi poterimus, ea uos cura liberabi mini. Sexto uersu post absolutam locutionem PAR THICO M. incisum est. puto sic, non tam uidetur, ut commodum ~~[illegible]~~ ex Ansonio gallo nobiscum iocar ita de lesum in quadram lapis quatuor circiter ex hoc uersu no

tas omisit, Hic igitur ego primo MAX. me
posuerim, pro eo quod sequitur item substituendum
existimarim; ut legamus PART. MAX. est enim usurpata
nuncupatio Maximi ubi Parthicum ponitur, ut
in nummo Severi PART. MAX. et super eodem
Antonino ca. ... ad ponte... imp. caes. AVG. M.
AVRELIVS ANTONINVS PIVS FELIX AVG. PAR
THICVS MAX. et reliqua ... subsequan
tur PONTIFICI MAXIMO, sed id mihi ...
PART. MAX. uti, Trajanum ... subinjungendum e
TRIB. POT. MAX. hoc est tribunitia potestate
vigesies. Sin et numerorum et ... inscri
ptionum series deposcit, et litterarum quae desi
derantur numerus ad examussim quadrat.
Perdifficile vero est, quid intercidisset imp. et
numerum II. supplendum sit ... , sed
nisi me aliquot huiusmodi inscriptiones fallunt
et si alibi ... legendum est,
IMP. II. COS III. non ... capax
locus est, sed hoc dixerit quispiam, divina
re est, aut ex commodo suo comentari, neque
adeo excolvere, quod recepi me nolle fabulari
... fabulari. Opperiar vero mihi ... manu
bus est Urbani Valeriani patrui mei ...

... estibus igitur opus e
ut quod conject...
...
... verum esse compro
betur.

variam, qui quocunque se contulerit, totius antiquitatis uir
studiosissimus, nihil unque quod ad rerum memoriam faceret
quin perceperit, describeretque, praetermisit, inter ea igitur
quae Mediolani faciant ad antiquitatis cognitionem obser
uauit ex antiquo lapide Titulum eiusdem M. Aurelij de
scripsit, eiusdem Antonini, eiusdem Aug. eiusdem Pont.
Max. eiusdem Trib. potestatis, per quot uices id honoris
gesserat, expresso numero, ibi item eundem ter Consu
lem uidebitis, eundem diui Antonini filium, diui Ha
driani nepotem, diui Traiani Parthici pronepotem, diui
Neruae abnepotem ut in nostro habetur, hanc ipsam ponimus
inscriptionem profecto.

M. AVRELIO ANTONINO
AVGVSTO PONTIF MAX
TRIB. POT. XVII. COS III
DIVI ANTONINI PII FIL
DIVI HADRIANI NEPOT
DIVI TRAIANI PARTHICI
PRON DIVI NERVAE ABN
DVXVMATES PVBLICE

Hic tamen, quia scriptum non est, quoties imperator
fuerit, fortasse quis numerum eiusmodi ei Titulo ad-

dinum non esse ex more crediderit, age igitur et hoc ostendamus apud veteres inveniri. Romę quidem in capitolio ab laeva Romanę curię sub exteriore porticu, ubi nunc caput ahenum colossicum Commodi statua praecisum, et illinarum inuidię prę regione iuxta monumentum est ... notatum.

IMPERATORI CAESARI DIVI TRAIANI
PARTHICI FIL DIVI NERVAE NEPO
TI TRAIANO HADRIANO AVG PONTIF
MAX · TRIBVNIC POTESTAT XX
IMP · II · COS · III · P P MAGISTRI
VICORVM VRBIS REGIONVM XIIII

Huius generis et illud est, quod in Julenia no Riperiç agro veronensi habetur.

IMP · CAES · AVG
ANTONINI
PII FIL DIVI HA
DRIANI NEP
DIVI TRAIANI
PARTHICI
PRONEP DIVI
NERVAE ABN
M · AVRELIO
ANTO
NINO AVGVSTO ARMENICO
PONT · MAX · TRIB · POTEST ·
XVIIII · IMP · II · COS III
BENACENSES

Quod si plura huius generis multis in arcu fori Boarij
legere est inter L. Septimij Seueri TRIB. POTEST. XII.
IMP. XI. COS III. et in eiusdem honorem triumphali
arcu TRIB. POTEST. XI. IMP. XI. COS. III.
Nullam igitur hesitationem esse reliquam puto, quia relinqu
endum in nostro sit IMP. II. COS III. quod angustia loci
breuitasque plurium notarum dubitas non admittit. Que uero
subsecuntur, etsi ipsa etiam interserta, nullam tamen afferunt
ambiguitatem. Versu igitur nono ANTONINI nomen
et Decimo HADRIANI nullius controuersia reddendum
quod tam [illegible] Imperatorie adoptionis ordine, quam ex mediola
nensi epigrammate manifestum. Sed quoniam que ad
pulcherrime huius inscriptionis declarationem facere ui
debantur satis uidemur explicasse, ne minima queque col
legendo dictioni mee importuna quandam secutaque
uel fastidium, uel odium imponam, preteritis aliquot
sermoni finem imponemus.
Cum id igitur viri Bellunenses habeatis, quod me uobis
receperam exhibiturum. De Belluni nomine denomina
nis rationem, ad hec multa antiquitatis uestre testimo
nia, vrbis originem, et Conditorem, Ausimque dicere
me opere pretium, inuenisse, quod omni, ut puto, re
iecta controuersia uobis cum admonuerim, et Flauium
amnem tot annos e memoria mortalium elapsum re
stituerim, et suspexit, ut quorundo flumen uestrum re
peristis, et ipsam vrbis uestre si non Conditorem omni

dubio procul antiquitatem agnouistis, grato eum ani
mo suscipiatis, marmoreumq. illud Conditorium
C. FLAVII HOSTILII. in quo uestre urbis histo
ria tam eleganter descripta est, in urbem infer-
ri procuretis, et insigniori aliquo loco supra co-
lumnam quamdam sustolli decernatis, eosq. honores
monumento huic habeatis, quos ipsi Flauio, si
apud uos uersatus esset, deferri minime nega
retis... et quamuis ad uirtutem inci-
tamentum posteris uestris relicturi estis, p cum
vos didicerint se non ex alpinis conuenis, no
ex vrberibus ijs, que frequentia acto pulsum apud
nos puilamentum, sed ex Romano sanguine proge
nitos, sed Herculis nobilitatem uniuersam ge-
neri suo primordia dedisse, unde ei... gloria-
quispiam humana prediuus ingenio ordinandum
se gloriari, q ab ijs gentibus, que omni uir
tutum genere, preclarisq. eorum egregie gestis
celebritate populorum nationesq. omnes, ut palam
est, antecessere. Sed letissimum illum, et uni
uerse ciuitati uestre illustrissimum diem mihi
uidere uideor, cum indicta solemni pompa Co
ditorium illud transferetis, eiq. omnes addi
tis, ne sine cantu, et laudatione Hostilio parentetis
honores, quos ut Heroi decernere constitueritis Car
mine hoc qualicunq. celebraturus aduenio.

EIUSDEM PIERII VALERIANI

URBIS PATRIAE

GENETHLIACON

Non quia ad ingratam cantarem saepius aurem.
Atque diu rerum Domini sub acerba tenerent
Servitia, in longos nulla mercede labores
Impulerint, nostro pretium e sudore ferentes
At modo, tanta lues irrepsit, si quid iniquum
Sorti aberat vatum, Musarum et Apollinis hostis
A Martinis usque extremis [illegible] regna [illegible]
Itala, ne qua bonis superet spes artibus olim,
Idcirco Hostilii [illegible] mirabile Flam[illegible]
Dissimulem, et caeco premi sub carcere in umbris
Perpetuo iuvenem egregium, gratissimus aulis.
Insignem et patriae primus qui moenia nostrae
Signavit, nomenque dedit, quod nulla abolebit
Posteritas, si rite manent sua praemia terrae,
Unde autem primum ingrediar? quid deinde secundum
Expediam? quis erit postremus carminis ordo?
An memorem, quotiens Cernegu e vallibus imis
Horriciisque ingens, Rhetorum aut montibus imbres
Bellorum ingruerint, tempestasque atra [illegible]
Teutonicas, tonitruque armata, et fulmine campis
Perniciem intulerint, novam quo verteret urbem

Cum strage irruerit, murosque inuectae recenti
Diluuio fossas, et nondum uicta impleret
Fundamenta lue foeda, illuuieque nefanda.
Tantum odij poterat uirtus aliena parare
Ut tu impendentis cernens discrimina damni
Nil cunctatus ad haec Iuuenum fortissime contra
Teque, tuosque omnes pro libertate tuorum.
Pro patria, natis, uxoribus, igne, Penatibus
Duxeris haud dubiam in mortem, molesque ruentis
Firmaris pilo, longisque hastilibus, undas
Alpinas iuncto legionum umbone, sub ipsos
Reppuleris fontes, uallemque tutatus amoenam.
Quantus eras meminisse iuuat, cum bella cieres
Oppositis ad difficilis discrimina Martis
Corporibus, caderentque hostes, caderentque tuorum
Agmina, tu uallo nunquam, aut statione repulsus
Obstares implens hostili sanguine fossas,
Et quoties motus alicuius praescius alter
Praerepto ante loca tacitus superaris, et hostes
Incautos, ipsis in castris tuta tenentes
Perque niues, et aquas, et inaccessas conualles
Aggressus stragem horribilem sub nocte silenti
Edideris, modo luce palam deieceris arces,
Arces in tumulis altas, coeloque propinquas

Perruptis vastis saxorum molibus imo
Aequaris, praedamque omnem, et captiva Brigantum
Corpora militibus sacris donaris habenda,
Sic vestem, et gemmas, ringq[ue] argentum prodigus aurum
Barbarico ditaris, cum hec nota per aevum
Haud ulli reticenda, et ut hostis inde tremendus
Caesariem vallis circumsurgentibus aptam
Offers, Armentaque tuis dat laudibus omnes
Quid quod eques torrens audaci corde periclum
A patria, castrisque procul, cum cede repulsum
Sustulerit, pacemque tuis, atque altia terris
Incolumen dederis, Tu bello fortis et acri
Praesentique animo, fortisque ingentibus ullus
Iubis tines tutaris, et oppida condis
Tu campis, urbibus, fluviis tu nomina nostra
Impones; Tu monstra domas, Tu Horrida multas
Prodigia, immanem funestis dentibus Aprum
Qui latos vastabat agros, qui corpora loto
Mollis virum dederat, nostris qui vallibus unus
Horror erat, quos non manifesta vi movere minantes
Teutonici, Cauci, feri, invictique Sicambri
Terrebant, raptum semel statione manebant,
Hos tum fulmineis turbabat viribus, arma
Se super reiiciens, et ferro impenetrabile tergum,

Opponens, densas cuneo, serratae phalanges

Perrumpebat, et uni omnis locus usque patebat,

Omnis ager, nemus omne, iuga omnia, robur in armis

Tale, et tanta feris inerat violentia sannis.

Hic tamen unius letali concidit ictu

Hostilii, et vires maioris fulminis olim

Expertus non ore tonat, non dente coruscat,

Non flavi inflammat segetes, non dura valentum

Membra canumque, virumque, et equorum vulnere adacto

Discerpit, spargitue ferox, sed vasta rubenti

Terga volutat humi pilo compulsus amaro

Exanimusque iacet uno penetrabilis ictu

Te Flavi comites laeto clamore salutant,

In coelumque ferunt, laudesque, et carmina dicunt,

Hostiliique secant truncis, et marmore nomen,

Quos autem tibi dat titulos Sertorius armis

Inclytus, insignis pietate, bonae unicus amator

Indolis, ille tuis pretium virtutibus addens

Te clypeis onerat, et hasta, et torquibus aureis.

Mox alio dux magnanimus te munere dignum

Iam genti, laudesque, uti adscripserat, idem

Te donarat equo, et [illegible]

Laudarat, validisque viris aequarat honore

Et nunc Flaviolum de te cognomine compsit

dicat, datq tuo omen de nomine Anaxo,
At legio Volscorum omnis, Latia omnis, ut unum
Defessere ultorem cladis conspexerat, unum
Esse virum voluit, qui de virtute recentem
Urbem appellaret, Sic VIR, sic VNUS in omen
cessit, et unanimi dixerunt voce VIRVNUM,
Posteritas, quam mox Vellunum dixit amoena,
At nos ingrati Cineres tua busta sub alta
Condita humo puxere diu, ossaq sinamus
Hoste premi, sine laude tegi, sine honore sepulcri,
Teq parentem Urbis, et nostri sanguinis altum
Auctorem tantis bene gestis rebus, abire
Indecorem patiemur! et haud dubitanda professi
Demum illaudatum, ignotumq iacere feramus!
Non ita, sed quoniam tua tandem cognita virtus.
Tempore post longo potuit superare protervam.
Fortunæ invidiam, cosq tua iam redditur Urbi,
Non eris in cæcis latebris, humilique recessu
Verum sumeris Procerum mediam tolleris in Urbē,
Conspicuoq loco celsus statuere, columnis,
Quatuor erectis structo de marmore cippo.
Feliciq Urbem saluere in secula dicet
Omine, teumq tua Vellunū laude nigabit
Non humilis, sive hanc veteri cognomine gentes
Sive novo appellare volent, ubi semper honores

Læta cohors Iuvenum, et florenti ætate puellæ
Instituent, circa tumulum tibi munera ponent,
Tempore ubi Sævitiam sceleratis frigoris acrem
Februus incipiet, flatu emollire Favonii
Orgiaque, lætique chori pro numine Bacchi
Antiquo de more aderunt, neque tibia cantum
Festa suum invideat, neque vir, neque femina vultu
Ulla suum [illegible] sed videant ora cavatis
Corticibus, [illegible] viriliem foemina vestem
Et vir foemineam incedat per compita pallam,
Plebsque omnis saliat unctos minans per utres,
Hi lætas ducent choreas, neque classica et arma
Cessabunt, hastæque tuo certamine in ædes
Adlisæ, admisso de quadrupedante, vetusto
Ritu, ubi nulla ioco sessoris, ephippia nullæ
Sustentent plantas vinclum, sed sola sub armos
Genua iuvent, Honos este tuus, tibi lecta Iuventus
Insidens in equis solvet sic iusta quotannis
Ad tumulum et monumenta tuo de nomine dicta
Hoc ante insigni laxabunt pectora ludo,
Præstantes virtute viri, Hancque ordine ducto
Augustæ quacunque domus sese angulus, amplæ
obtulerit paries, pilarque obiecerit, illi
Hastam insertabunt, et equo rapiente ferentur

In murum, spiceasq; trabes in fenestra fragose
Cum sonitu imminuent, favor hinc, plaususq; theatri
Non aberit, pannusq; albus, quem victor adoptet
At alij excussi dorso, nixuq; repulsi
Inq; fimum immundum revoluti, constrati denium
Pectora concutiant risu, et clamoribus altis.
[illegible]
Pluribus effractis unico certamine contis
Insignem moveat palmam, et ~~[illegible]~~ pegmata circu
Quae surgent ramis ornata virentibus, atq;
Effuso large vinoq; per latte natabunt
Laetus equos agitet, tibi figat premia laetus.

EXEMPLUM IURISDICTIONUM EPISCOPO ET ECCLESIAE BELLUNENSI PER LUCIUM III PONT. MAX. CONFIRMATARUM

ANNO SAL. MCLXXXV.

Lucius Eps servus servorum Dei. Dilecto filio Girardo Bellunensi electo, eiusq successoribus canonice substituendis in ~ P ~ R ~ M ~ . ~ . ~

Quotiens à nobis petitur, quod religioni, et honestati convenire dinoscitur, animo nos decet libenti concedere, et petentium desiderijs congruum suffragium impertiri, Ea propter dilecte fili in dno tuis iustis postulationibus clementer annuimus, et Bellunensem Ecclesiam, cui Deo auctore preesse dinosceris sub beati Petri, et nostra protectione suscipimus, et presentis scripti privilegio communimus, In primis siquidem statuentes ut nulli Laico de Terris, quas in tua, vel Cenetensi diocesi excolis propriis de animalium nutrimentis à te vel successoribus tuis liceat decimas exigere, decimas etiam novalium in tuo episcopatu, et Curia episcopij laboribus tuis, sumptibus cultorum concedimus te habere, Prohibemus autem super ut nulli contra voluntatem tuam liceat Ecclesie tue immobilia recipere vel tenere, Preterea quascumque possessiones, quecumque bona impresentiarum iuste, et canonice possidet, aut in futurum rationabilibus modis

Deo praestito poteris adipisci firma tibi, tuisque successoribus, et illibata permaneant, in quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis

Plebem S. Petri de Musculento cum capellis, et castro, et pertinentijs suis tam in spiritualibus, quam temporalibus

Plebem S. Gregorij cum capellis suis, Plebem S. Petri cum capellis suis, Plebem de Sedico cum capellis suis, Plebem de Agorde cum capellis suis, Capellam de Alleghe, Capellam S. Simonis canalis de supra, Plebem de Zoldo cum capellis suis, Capellam S. Petri de Tuba, Capellam S. Crucis, CIVITATEM cum Curia, et dominio et iurisdictione tam in spiritualibus, quam in temporalibus, et cum Arena, quae est iuxta Civitatem, Castrum de Castellione cum plebe, et capellis, et curte, et pertinentijs suis, Castrum de Medana, Curtem de Agorde cum Comitatu, et cum monte de Falcata, et alijs montibus cum decimis ipsius montis Falcatae, et aliorum cum villis, et hominibus, et dominio, et iurisdictione in omnibus pertinentijs suis, Medietatem Castri de Zumellis, et ius ordinationis quod habemus in capella ipsius Castri, et in curte ipsius medietatem

Plebem de Cadula cum capellis suis, Pontem de Perarolo cum ripis, et pedagijs suis, Castrum S. Georgij cum pertinentijs suis

Plebem Sancti Ioannis de Gosaldo cum capellis suis

et Comitatum cum duabus Arimanijs, quae sunt in eodem Comitatu terminatur per montis summitatem Petraculae, et per rivum qui dicitur Croce Ferrea, et summitatem montis Caballi, Campum silvae inter eosdem fines, et silvam cum decimis, et pertinentijs suis, Plebem

S. Floriani de Zoaldo cum capellis suis, et Comitatum ipsius cum Iurisdictione, et districtu in pertinentijs ipsius Zoaldi, districtum, et ordinationem castri de Lavantio, Montem Ferre cum decimis suis. Silvam Canalis S. crucis a Levina Lavantio respicientem ad Ecclesiam S. crucis cum decimis, et pertinentijs, et redditibus suis. Curtem de Fregona cum castro de Carone cum capella S. Iusti, et capella S. Martini cum comitatu, et pertinentijs earundem. villam de Cineto. Castrum de Opikergio cum Curte, et villis, et campanijs suis. Capellam S. Blasij, S. Petri, S. Martini, et S. Mariae cum alia capella in Campania, quae omnes dicuntur esse in pertinentijs Opikergij, sub ordinatione in plebe S. Ioannis de Opikergio, et capella Curtis Francontis, et libellaticum aliarum Ecclesiarum, et ordinationem earundem in pertinentijs Opikergij. Curtem, et Castrum de Soligo cum villis, et pertinentijs suis. Curtem de Cendone cum capella ipsius. Auctoritate quoque Apostolica nihilominus duximus prohibendum ne ullus Advocatus, vel ministri eius Ecclesiam tuam, vel quae ad eam pertineant gravare, seu quibuslibet indebitis exactionibus fatigare praesumat. Prohibemus insuper, ut infra fines parrochiae tuae nullus sine tuo assensu capellam, seu Oratorium de novo construere audeat.

Salvis privilegijs Romanorum Pont. Praeterea novas, et indebitas exactiones a Patriarchis, epis, alijsque omnibus ecclesiasticis, secularibusve personis, tibi seu ministris Ecclesiae, hominibus, vel rebus tui imponi auctoritate apostolica prohibemus.

Ad haec libertates, et immunitates a Regibus, et Principibus, et ab alijs personis tam ecclesiasticis, quam mundanis eidem concessas Ecclesiae, et antiquas, et rationabiles consuetudines integras, illibatasque manere praesenti decreto sancimus.

Inhibemus etiam, ne interdictos, vel excomunicatos tuos ad officium, et ad Comunionem ecclesiasticam admittere quisque sine congrua satisfactione praesumat.

OBeunte vero te nunc eiusdem Ecclesiae electo vel [illegible] qualibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia, seu violentia praeponatur, nisi quem Canonici eiusdem Ecclesiae comuni consensu, vel pars consilij sanioris secundum Dei timorem, et sanctorum patrum institutionem providerint eligendum.

Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat praefatam Ecclesiam temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione ac susten-

tatione concessa sunt usibus omnimodis profutura, Salva sedis apostolicae auctoritate, et [illegible] Ecclesiae debita reverentia. SI QUA igitur in futurum Ecclesiastica, secularisve persona hanc nostrae constitutionis paginam sciens contra eam temere venire praesumpserit, secundo, tertiove commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis, honorisque sui careat dignitate, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore, ac sanguine Dei, et Domini redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen Amen.

Subscriptiones in medio.

Ego Lucius Catholice ecclesie eps ss

+ Ego Theodinus Portuen. sce Rufine sedis epi ss
+ Ego Henricus Albanen. eps ss

Ego Thebaldus hostien. et vellatren. epi ss

A dextera latere

+ Ego Iohes ptr Card. tt sci Marci ss
+ Ego Laborans ptr Card. s. Marie Transtyberi tt Calixti ss
+ Ego Hubertus tt s. Lauren. in damaso ptr Card. ss
+ Ego Pandulf ptr Card. tt bas. xii Aplorum ss
+ Ego Albinus tt sce Crucis ptr Cardinal. ss
+ Ego Melior ptr Card. scorum Iohannis et Pauli tt pagmachij ss
+ Ego Adelardus tt sci Marcelli ptr Card. ss

A leua latere

+ Ego Ardicio diaconus Cardinalis sci Theodori ss
+ Ego Gratianus s.to. Cosme et Damiani diacon. Card. ss
+ Ego Soffred s. Marie in uia lata diac. Card. ss
+ Ego Rot. Sancte Marie in porticu diac. card. ss
+ Ego Petrus diaconus Card. sci Nicolai in Carcere Tulliani ss
+ Ego Radulfus sci Georgij ad uelum aureum diac. Card. ss

Datum veronę per manu Alberti Sce Romane ecclie ptr Card. et Cancell. XV. KL Nouembr. Indictione iiii Incarnationis dominice Anno MCLXXXV Pontificatus uero domini Lucij PP. III. anno V.

Custoditur Bulla in Archiuio D. Can.^v Bell.

Descripta ad litam per me Pieriu Valerianum Bolzanium Protonot. Aplicum Archipbrum et Can.^cum Bellun. XIIII oct. MDXXVII. miserrimo sedis Aplice Tempore.

BCU ms. fd. 1110

Questo è stampato, et è Pierio Valeriano de Antiquitatibus
Hora Palladij 15 Bellunensibus.

C. HOSTILIVS ET P. EGNATIVS VEITOR
QVINTADECIMAE LEGIONIS TRIBVNI
P.S.P.Q.R. DIMICANTES PARITER
OCCISI HEIC PARITER IACENT
SINGVLARE POSTERIS EXEMPLVM
ET CARITATIS, ET FORTITVDINIS
CILINENSES XXL DIES ATRATI
LVCSERVNT.

In quo quidem titulo, quod VEITOR pro VICTOR notatum sit, ne adeo miremini, in numo etiam argenteo DIVVS AVGVSTVS VEITORIANVS habetur, Domitiam Severam C. Hostilij coniugem legitis in epigrammate bellunensi, accipite nunc Hostiliam Severam L. Hostilij filiam in Romano monumento apud Traiani columnam in alueo Sacri lavacri D. Nicolai Aede.

D. M. S.
L. HOSTILIO OBESIMO
HOSTILIA SEVERA
PATRI PIISSIMO ET
HOSTILIVS PARTHE
NIO PATRONO

Sed et ea magis arbitror placitura, quae nostrum per agrum quotidie reperiuntur, numq(ue) obliv-

Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17
Inches 1 2 3 4 5 6 7
Farbkarte
Sachverständigen-Zubehör.de
Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White Grey Black